eo exercitio debito, nam sedimentum, superfluitas est in puritatis, quo differt a semine. & inde colligitur veritas, q̄ in sanis perfectissimis, nō queritur sedimentum. quia tamen paucissima sic sunt corpora in culpate sana, nec exacte recta, nō excusatur in venis, vbi massa sanguinea alteratur a mēbris ipsis, inueniri ex hac actione, aliquid, quod cum vrina reuertēte ex distributione alimenti, possit separari. Quod cum non sit pars humoris nocivii, non est superfluitas corruptionis, vt i in egris, sed est superfluitas cruditatis, quam vocat Aui. non maturam, quia cum humores illi in venis: ob copiam datam iecinori, crudiores euadant ad venas. dum tota ea massa coquitur, & ad exactam coctionem ducitur, bona pars illius humoris expellitur cum vrina, que pars: non est tenendum, q̄ sit superfluitas impuritatis, qualis exigua posset videri in bene rectis. Sed est pars humoris, qui actu elaboratur a natura, sed grauans sui copia, expultricem, item q̄ omnes facultates naturales sunt in actu item q̄ vrina retrocedit, necessum est bonam partem expelli. Quod sic expulsum, si candidum sit, & lene, non dubites quantitate esse superfluum, & posse adhuc in his qualitatibus magis perfici, cuius signum est, q̄ si actio mēbrorum in talē massā continuetur, quod Gal. intelligit. in verbo, iam vero perfecta coctione, minus expellitur cum vrina, bona parte assumpta in propiam sibām mēbrorū. & sic quod denuo expelliē, cum decissū sit ex re magis cocta, maturius ē. Quod Aui. superfluitatē maturam appellavit, cum priorē q̄ ex masa ad huc in via coctionis existente, nō maturam vocauit. ex quo infertur, q̄ in abstinentib⁹, multo minus subsideat, ac in colericis, vbi mltū absumiē, p̄ mēbrorū nutritione. secus ingulosis, & ociose viuētib⁹, si igitur vrina sustantiā habeat mediocrē, & colorē, inter rufū & rubeum, si sedimentum albuni multum & lene. Signum est exquisite coctionis. s. ipsius iecoris, vbi ex sanguine imixto colere, subdebita portione imixtis vrine, talis resultat color. vt non citrinus, remissione caloris, non rufus, intentione caloris. sed id, fit primo tempore coctionis sanguinis. id Gal. in verbo q̄ vrinarum que sibi naturam se habent, terminus est in optime sanis corporibus, primū coctionis sanguinis tempus, sed cum eo iuditio exquisito coctiois quo ad iecur, ex sedimento albo copioso, humorē crudū expelli demonstratur. crudū inquā, quādoquidē iuxta copiā cruditatis, augeatur, & iuxta exquisitorē coctionē minuatur. Sed ea cruditas, non defectū mēbrorum, nec resistentiā, aut corruptionē humoris, significat, vt i in egris, iuxta statum malorū sedimentorū. quia sit nec album aut lene esset, sed duntaxat, ea cruditas, est ob molem, quia copia sui excernitur & non deuoratur a mēbris. Habet ergo quod optas. quare &c.

**S**i vrina fuerit subrubra: ac sedimentū subrubū & leue: diuturnior hic morbus q̄ primus: sed admodū salutaris est.

Quo

## COMMENTVM GALENI.

Quoties sanguinis serū pariter cum vrina excernitur colore sub rubra apparet, indicat aut ex superantiā sanguinis nō exq̄ sita rōne confecti. Igitur quia integerrimi humoris exupantia ē, idcirco sine periculo est. Sed quia humidior, & itē serofior quam is est. idcirco eget cōcoctione. Si igitur spatio temporis concoctio fit, merito talis vrina significat vt diuturnior quā primi morbi solutio futura sit.

GLOSA.

**T**anta ē certitudo stabilisq; salutis spescū celeritate, in sedimēto cōmē dato i precedēti textu, vt vrina optia ob id dicat, sub quo quis colore ipsa appearat. nūc vero cū sedimētu i hoc textu declarādū, cadat ab eo statu p̄ colorē, q̄ subrubrū sit, & nō cādidū. op; cōplere hoc iudiciū, puta de diuturnitate istius morbi, respectu pcedētis vrina significati, p̄ cōditōnē vrine, q̄ ei⁹ dē sit coloris ad ip̄m sedimentū. dicit ergo autor. si des, vrinā sub rubrā, cu; simili sedimēto, & tñ sit lene, morb⁹ ille salutaris admodū ē. & i hoc cōuenit cum precedenti, sed differt ab eo, q̄ diuturnior sit. Primū qđ se offert expli cādū ē, qđ sētiamus de situ hui⁹ subrubri sedimēti, a cōueniat cū pcedēti in subsidētia, crederē q̄ nō. qa si iste morb⁹ diuturnus est, op; temporistractu descendere, quia sic complebitur in dotibus suis. Puta situ, & colore. cadit igitur a precedenti, situ & colore. & quia coctio in substantia exedit multam alia que ex qlitatibus se tenēt, cū oīscocctio p̄cipiālē ordinē expli ni, & coctio i sbā, ē q̄ ipsā aptat expulsioni. (Ipsa. n. ē q̄ expelli hēt. 3. artis cū rati. vacuatio totā educēs sbām. q̄ i sbā coctio, exp̄ssa ē p̄lenitatē, q̄ coicat cū priori sedimēto, inde incolumitas morbi significat, sicut i precedēti, qa humor victus est a nā, Qđ sbē coctio indicat. qđ in parte A ui. in scđa. 4. in cap. 88. in verbo, & multo tiens viuit ille cuius sedimē est rubeum, sed est equale & moritur cuius est album, sed non lene. Dat statim rationem, quia bonitas in substantia facilis magis est ad suscipiendam expulsione, q̄ bonitas i co lone. sed deficit a priori morbo. q̄ diuturnior sit, significato aliquo defec tu in natura, quandoquidem, nec calore, aut situ, illud sedimentum est complectum. Debilitas autem in natura prolongat morbos salubres. Ex quo ne cessum est intelligas, sub eodem tempore perseverare hoc sub rubeum sedimentum, quo, precedentis textus, nam primum potuit esse sub rubeum, & pendens. sed illico descendens & candidum cum lenitate, habuit totū, qđ poterat. istud vero perseverauit sub tali colore, per aliquot dies, vnde natura pigritia, atq; defectus presumebatur. Quod tamen minime intelligi poterit, nisi satisfaciamus querenti. qualiter illud sedimentum potuit lene esse. Non autem album, Nam si exacte coctum est ex parte. substantie quod lenitate ostenditur, (Cum substantiam dare difficilius sit quam colorem.) vt in propria materia disputatur, & satis conciliator. De hoc differenti .85. Qualiter ergo non habebit etiam illud sedimentum colorem

album

album. Quod significat exquisitam coctionem? Respondeo. quod prius intentus a natura est substantia, hoc est ille modus substantie, quo aptatur expulsione & talis potuit dari humoris rubeo, cuius pars est tale sedimentum, etiam si credatur, iam partem aliquam rubedinis amisisse per eam continuatam actionem, quandoquidem ad album itur. exuere autem eum humorem omnino a rubedine, longiori eget spatio. sicut qualitates consequentes formam posteriores sunt. Duricies enim & soliditas non datur carni nouiter genite ita cito, ut forma. vt prima primi visum est de tertia humiditate. Et licet color prius possit dari substantia vrine, & contento, quam certa substantia, certus tamen color, post certam est substantiam, quod statim magis enucleabitur. Statim dubitabis, si in precedenti textu, per interuallum optime vrine iudicabatur etiam morbi diuturnitas, respectu prioris, & idem per sedimentum sub rubeum cum tali vrina, videtur quantum ponderis sit, cadere ab optimo per colorem, sicut per minorem perseverantiam. Ego in presenti non possum verificare, dacto certo morbo salubri & terminando in primam. 7. ex iudicio optime vrine, si dentur alteri duo morbi, i altero quorum appareat vrina subrubea cum eodem sedimento perseverans per dies, & alter in quo sedimentum optimum intercipiatur, qualis eorum breuior sit, Quia si hoc tale est per interpositionem humoris crudi de novo aduenientis. Alterum vero ex conditione humoris resistentis ipsi nature concocquenti, non potest certo numero metiri ea differentiā. crederem, illam alternatā intermissionem, non esse tante dilationis. eo quod in secunda. 4. in capit. 88. habet Aui: de sedimento rubeo. quod significat multitudinem sanguinis, & tarditatem digestionis, & prolongatur ad. 40. dies & forsitan non speratur crisis in. 60. si autem illa intermissione esset frequentissima, & forsitan excedens continuacionem, non esset difficile fundare contrarium. quia error tardat, & iudicacionem cambiare potest. tertio de iudicatione. Poteris autem ad huc intimus dubitare super hoc: quia in precedenti textu per illam intermissionem optime vrine: ultra diuturnitatem respectu alterius morbi, quo optima videbatur, dixit, ac minus securus est. in presenti vero textu, per eam distantiam sedimenti ab optimo, in colore, dixit quod esset diuturnior precedenti, sed ad modum salutaris, quasi in securitate, nulla sit discrepantia, sed duntaxat ī ēpore. Solutionem huius dubitationis non potest sentire, nisi solertissimum ingenium, propter quod, si es memor, in principio gloso feci vini, quod in precedentibus textu nulla fuit facta mentio de colore vrin, sed sub quovis colore, in optimo contento erat certitudo. Quod autem hoc, sit irrationabile. patet p Aui. secunda primi. cap. de hipo. vbi posquam dixit. vt in plurimū esse hypothesis eiusdem coloris cū vrina, addit & bis in eodem capitulo, quod hypothesis que diversificat a calore vrine, optima ē alba, deinde rubra, deinde citrina. ergo sedimentū albū potest esse cū vrina alba, citrina, rubea, & tandem, cum omni que

que incipiat ex humore, qui a natura vinci possit, & ide ad albediniē cōdu-  
ci, quia mēbra talia sint. & quia in presenti sedimentum est rubeum, & talis  
est vrina, materia morbi solum ē sanguis, & potius mole quā vitio pecans  
a quo impossibile est non succedere in columitatē, ostenta victoria in sanguine  
per lenitatem sedimenti, ideo tale sedimentū ita securū indicat morbū, si-  
cūt albū lene perseverans, differens, ab illo temporis spatio. sed in sedimento  
prioris textus. cū a quocūq; humore poterat decidi, timor. est intermissa ac-  
tione nature, ne periculū possit succedere, malicia talis humoris. ideo dixit,  
ac minus securus est. Et ita ulterius licetū est ponderare, q; sedimentū subru-  
brū nři textus, cū possit esse sub alio colore vrine, q; in presenti est cū simili  
vrina puta sub rubra. Vnde si tale sedimentū videatur absq; tali vrina, non  
esset sic nūciū salutis ut presentis textus. quia nullus humor ita beguin⁹ ut  
sanguis (sed de hoc statī) sed si desideras scire, comodo sub alio humore pec-  
cante, vrinā sub alio colore reponente visitur sedimentū rubrū. & post ipsū  
album. Ex Aui. magis comedet. Ratio illius est. quia nā nihil cōcōquic  
nisi comētio sanguis, quod in parte, optimē Auerois. ; colliget de febre co-  
lerica, sic ei vides ouū, quod viuiscari debet, totū prius ad ruborē quēdā cō-  
ducī, sic semina cū vtero reponuntur. & inferius inuenies verba nostra mora-  
lia satis vtilia, que hoc explicabunt. igitur sedimenta que ad albū terminari  
habeāt. ex quouis humore sīt, per ruborē quendā trānsierūt. sed ut nihil de-  
sideres super hac materia, poteris obicere, quia sic citrinū sedimentū lauda-  
bilius esset, quia rubrū cū albescit vergit ad citrinū. Sie Gal. p̄to de iudica-  
tione, vbi palidū, deinde rufū, deinde flauū, deinde rubrū, penes grad⁹ splē-  
doris & albedinis cōparauit, ita q; rubeus minus de albedine illis oībus cōti-  
neat. Itē iferi⁹ suspecti⁹ erit sputū rubrū q; citrinū. ergo sedimenta. Respo-  
deo q; si colores sedimentorū sūt ab humorib⁹, quibus talia apparēt statī, ru-  
brū est securius oībus, ppter gratitudinē sanguis, si vero hi colores dēnē se-  
dimētis, actione nature albificantis, sic citrinū qđ est rubeū clarificatū, pre-  
stantius est eo, quia albo p̄pinqui⁹ est. Sputū autē rubeū taxabit inferi⁹, q; a  
vene rupturā idicat. quā ptisis sequitur, qui affect⁹ desperabilis est. Quib⁹  
sic prelibatis, procedendū est ad verificandam ac illucidādam text⁹ nři con-  
clusionē, super quo op; notare, istū colorē sedimenti ac vrine eē sub rubrū, q;  
color a rubro puro cadit per aliqlē claritatē. Qđ ostendit sanguinē illum a  
quo descidit, esse quodāmodo pituitosū, qua humiditate lauat ut ita dixe-  
rim sanguinis v̄era rubedo, serosior enim & humidior quam iis est, dicebat  
Galenus in commento. Hoc est. quam exquisitus sanguis. inde ad coctio-  
nem eget longiori spatio. Sed si id tolerabile sit, q; talis morbus non sit ad-  
modū salutaris, ostenditur. Nā fūdamētū ē, q; pēdeat a sanguine, & q; ide se-  
curus sit morbus. nam humiditas q̄to perfectior est, peiori putredie pot in-  
fici, signū est corruptio semis. 6. de locis affectis. q; sit ultra sanguinis mefa-  
lis

Ils corruptelam. Sic & displicet peccatum fili dilecti, magis ipsi patri, qua analogia, respondit His ac libro febrium. quomodo ex sanguine fiant morbi acuti. Responsio est. q̄ merito qualitatis. hic hūor est gratus nature, & gratia publici peccati, non potest esse infēsus ipsi. Non loquor gratia qualitatis, si occupet nobilem se q̄a apoplexiā, & casū virtutis subitū pōe facere, vindendū. ii. tertii. cap. de casu virtutis. in verbo facit accidere casum virtutis subito, nec inde nego ad pessimā putredinē posse duci, illud arguit peiorem substantiā, sed passibiliore. vt de aque pluiali alibi dicetur. Creditur. n. cū proportiones opponatur mixtorū, q̄ sicut est mixtū optime proportionatū: sic cū soluitur illa proportio, ad magnā i proportionē veniat. Ad quod ēt facit, q̄ natura cū ipsū maxie tuteſ, nō vincit nisi a vehementissimis causis citra tñ eā possibilitatē, morbi frequēter occurrentes, ceteris paribus secundiores sunt, que a sanguie fiūt. pria. 4. & infra per Gal. Sed adhuc obicit contra totā s̄niam text⁹, ex ipso A ui. i. seda. 4. c. 76. vbi cōcludēdo dicit. & ad sumū vrina, rubea rubei sedimis signat imaturationē & cruditatē, & p̄ pie q̄n rubedo nō ē vehementēs. & pri⁹ dixerat signare inflāmationē vehementē. itē citaui ex. c. 88. differri aliquā hūc morbū idictū tali sedimēto, & vrina. ad. 40. & 60. diē q̄ sūt termini cronicorū, & acutorū satis nothorū. Vnū regrit prīcipaliter ad veritatē hui⁹ text⁹, q̄ tal' vrina nō sit vehementer spisa, nec habēs in principio copiosū sedimētū, qđ totū intelligeſ ex verbo A ui. i dicto. c. 88, incipit series. & sedimē qđ nō antecedit tenuitas aut priuatio sedimis, imo est iuentum in principio, significat q̄ humor est plurimus, non q̄ sit digestus, imo oportet vt adueniat sedimē post aduentum digestionis, & posquā fuerit hipostasis pauca, & dum non est ita, significat, q̄ materia est grauis, grossa & multa, & q̄ egritudo interficit, quare &c.

**C**Si in vrina sedimentū speciem referat farine crassioris: malū est. Deterrus vero si squamularum institutione cōsistit. Si vero tenue & caudidū admodum est: vitiosum est. Furfureum vero deterius est.

### COMMENTVM GALENI

Crassior farine pars appellatur que effracto inuehitur ordeō grandiuscula refugiens. scilicet mole confectionem exquisitiorem. Hec igitur quotiēs inuehitur vrine sedimento, inditum non bonum est. Si enim farina non affringitur in partes admodū tenuiores, species farine redditur crassioris. In vrina vero quotiēs alimonie pars nondū deducta in super diriuscula permanet. Sed assato sanguine crassiore, vel consumptis inequaliter carnibus ita contingit. At vero inequaliter accedit, quotiēs a calore igneo q̄ recēs est & nup cōcreta caro i saniē rdsoluat, duriuscula vero si i tis q̄ frigūt i sartagine sublimis exicaccata constiterit. Prima ei noua ac recens pinguedo consumitur per huiusmodi febres, deinde durior ac vetustior, & ab his deinceps

psnoua ac recens caro, mox dura ac vetusta, postremo solida iā corporis mē  
ta. Quibus rursus consumptis, squamule pariter cum urina excreuntur,  
& ob eam rem talis urina deterior est, q̄ q̄ tñmō speciem farine referat etas  
fioris. Ceterum aliud est tenui sedimentum, id est, non habens corpulentia,  
sed ut ita dicant subtile spume, tale vero continuo tenui existit, p̄ prefa  
q̄ recipiat in se totum circumflui splendorem aeris magis q̄ quod crassius ē.  
At vero generatio eius est de spiritu flatuoso permisto tenacius semiconco  
cto humorum excremento. Oropium enim concocti integre sedimenti ē  
id quod consueuimus nominare equale id accidit, quotiens totum similare  
existat. Quod enim vario permiscetur corpore, desidentes obtinet in con  
ditione & colore partes. Inequalium vero corporum que ex partib⁹ tenuio  
ribus habent inegalitatem, deteriora sunt q̄ que ex maioribus. Que enī  
sunt partium maiorum, magnū indicant nature robur tñ quāta fuerit sub  
stantie magnitudo exq̄ sita rōne confecte. Que vero tenuiorū sunt perua  
ci ab hūore indicat facilitatē. & veluti pugnā haberi equalē, atq̄ ea res in om  
ni ineqali corpore p̄ miscua est. Particulares vero i eo differēt, p̄ virtute  
cōcocte materie, vicioq; nō cōcocte existunt. Porro ab his tribus sedimēto  
rum differentiis aliam quartam adieci furfureum sedimentum, quod iquā  
deterius q̄ tertium est. Indicat enim quēadmodum primū ac secundum flā  
meam febris caliditatem & consumentem, quo quidem non quartum, sed  
tertium proditum esse oportet.

## GLOLA

Viso de inditiis sūptis ex optimo sedimento, ac ex altero modicū dista  
te ab illo, transfert se iam Hip. ad inditia que fundantur in sedimentorum  
contra naturam consideratione. Que omnia m̄slam protendunt, & licet au  
tores alii de pluribus mentionē fecerunt, quos in fine lectionis ad absoluō  
nem doctrine imitabimur, in presentiarum Hip.de.4. duntaxat mētioñē  
fecit. & primū est crinoidale, qđ apud alios frustis frumenti disolutis i aqua  
simile est, cū nō conteritur pfecte. Ex quo illud anicolo inductum i hac ma  
teria ex textu Aui. p̄ crinoidali, nō est ita. nā Aui. debet legi, p̄ frustisfrumi  
ti, fermēti. qđ sedimētū fere fūgale ē, qđ satis distat a sedimētis nō textu ex  
p̄sis, s; nicoł⁹ vicio litere se fefellit. De sedimēto ergo priori i text⁹, claram  
mētioñē facit Gal.7.apho.textu.31. i cipit qb⁹ i febrib⁹ apostales crinoïdes  
fiunt, ibi enim ac presenti cōmento. Introducitur hoc sedimētū, potius sub  
frustis ordei (quia cū asperū sit) & nō ita cōterit, semp̄ ipsū farina diformior  
est tritici, & corticibus plenior, & frusta grani coapparent in ea, potissimum  
cum ex industria, aut ignorantia artificis, superior mola non premat cum  
pondere sufficienti. Tencendum ergo est in primis, vt equiuocatio abicia  
tur, hoc sedimentum posse dici similagincui, a partibus farine, crinoïda  
le aut corticale a frustis seminis, & ipsius cortice, ibi clare apparentibus.

secun-

secundum sedimentum de quo textus, schamofsum. qđ alii petaloides vocant, alii laminosum. Ad instar illius squamule qđ in maleādo ferrū, incūdē, & maleā fugit. & non dicit̄ laminosa a ferri limatura, quia talis nō est schamofsum; sed minutissima. Tertiū est furfureū, qđ h̄z vltimo loco reponat itextu, apriustertio ponit̄ loco, qđ doqđem significet sup eisdem causis, cū priorib⁹, & dñis. & si inter ea gradus sint, vt enucleabit̄, Qđ sub eo nomine ab omnibus celebratur. Dimisso ergo. 4. p fine lectionis, quod tertiu est in textu, & inepte, qđ est spumosum minutarū partiu; . De tribus diseram⁹. Priori equocatione posposita. ac appetib⁹ vi morbi, nō a primitiuis causis, nō vicio renū, aut visice, qđ cauere decebit Hip. in fine tractatus. Et duo faciam. Primū quid talia significēt in febribus. Sedm qualiter cōfferant̄ mutuo in gradib⁹ malicie. Sciendū ergo est de primo. s. granoso & crinoidalī, conformiter ad id Gal. 1. de crisi, & ad Theofilū in tractatu pphio. qđ tale nō visitur sine febre, & calore cōsumente. Vnde effectiuū super quo significat, est calor excessiuus, materiale vero, aut est substantia humoralis, aut membra rum. De humorali vero conformiter ad Gal. 7. apho. loco citato, a sanguine, melancholia, ac flenagte, raro ē qđ a colera decidat sūm ptes sic magnas, ex humorib⁹ igit̄ sub eo colore videbit, qualē ē hūor, a quo decidit̄. Vnde ecū a sanguine, decidit tale cōtētū, sonet autores, & a mala sanguinea, & a siphici hūore, intelligi possūt, potissime si liene adurant̄. qđ tale iuxta Hip. morbi lōgitadi nē, significat in saluādis (presettim si a principio illico nō cōpareat, quia sic) trasciem humoris, calorem qđ adurentem significat. quem tractu temporis superabit natura, si prius non sucumbat. Quod tamen sedimentum ex Gal. dicto cōmento magis est primum ad malum, sed que discrepancia inter tale; & illud quod dissoluta mēbrorū sbā apparet̄ cōmunicer dicitur, qđ sub variis coloribus iuenitur hūorale. sed cū illid nō sufficiat, qđ ex pituita adustū, presentabit mēbrorū colorē, recurrentū est ad intensionem febris, an sic edax iudicetur, vt serpat membra dissipanda, ac tale, maiori cū fetore erit, nec ita digitis comiquetur. Nec credo legitime dubitat̄ p Thadeum in presenti, qualiter poterit sedimentū crinoidale, ex dissoluta pinguedine apparere, cū tale natet, crinordale descendat. & Thadeus dubitauit illud, propter dicta Galeni in commento, que videntur fauere sue dubitationi, sed meo videri, cum recte sentitur de intentione Galeni. non est sua intentio, hoc sedimentum e pinguedine dissolui, quia solum tela aranee. lotio nauigans, sed cum calorem edacem introduxisset, harum dissolutionum causā. Explicuit omnem modum liquefactionis. vt. 10. de morbis curandis tetigit. & supra subtilater ponderauimus, nam incipit calor a pinguedine minus constante, & sic de facto in principiis ethice, talem dissolutionem araneam conspicimus, nihil subsidente. cum vero procedit, iam aliquid est videre subsidere, granosum & solidius, vt intimius mēbra patiunt̄. Vnum tamen notandum ex

Theo

ne. quasi reputet pimpli liquari solidas particulas, ille. n. potius incineratur quā liqfiant. sed liquatio sola est in carne & pinguedie. Ad qd iuuor bona fētentia Gal. in calce dicti libri. in verbo qd incipit. adeūdē itaq; modū in cali dissimis febribus, si carnes humide ac molles cum adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehendas. si sine adipe & siccesint, i marasmodes febrestrā seunt. Hec Gal cū ceteris satis mentem nrāam corroborantibus. Habeo ergo qd sicut in carnibus que igni apponunt, vt assent. primo deffluit qdā aquo sa humiditas alicuius vestigi pinguis pticeps ad instar illius, sit deiectio pinguis fluida. Deinde ex noua & instabili pinguedine, scđus gradus. demum tertius ex ipsa carnea sbā, tunc ei dicimus carnes eē pfecte assas, cu; horum gradū eliquatio pcessit. Solidā vero sbā; intra carnem, nō eliquat icendiū; sed torret. Ex quo vt oīa clara sint, colligas, differre, ptractare de speciebus cōsuptioīs, & liquatioīs, nā est dare speciem cōsuptioīs, ad solidas particulas, nō autem colliquationis. vt vice vaporis digererāt solide particule, & defluant in ventrem, vt de carne & pinguedie sentit Gal. eodem loco, neq; obstat qd Gal. p̄r̄ de iudicatiōe, dicat qd pingue ē ex pinguedie liqfacta, qd ve ro tenax ex ip̄is solidis aialis partibus. Habeo ergo totū qd optabas. q̄re &c.

Genera deiectiōnum exitiorum Caput. iiiii.

**E**xitiosa vero est si nigra: aut liuida: aut opima: aut fetida ē.

### COMMENTVM. GALENI

**NIGR.** A deiectio ab atra bile sincera igitur liuida vero vbi modica modice pmiscet. Porro optia deiicit quoties piguedo ab ignito calore cōsumit, graueolētia vero putridiīs initiū ē.

**GLO.** Aliqua addit i hoc textu, ppter qd de tali deiectiōe, iuste ptulit, qd exitior sit, cū atcedētē dūtaxat malā, p̄nuntia ucrit. id vero qd adiecit, ē, peior color. s. nigredo, aut fuscedo, public⁹ q̄fetor. nā ista passa a maiori i cēdio: nec mirū vt sub eadē q̄titate. s. paucula pinguis. fetorē rep̄se tet. igit i textu n̄o. dānat deiectō pcedēs. s. viscosa, pauca, nigra, aut liuida, fetida. si velles aut ex hoc textu, p̄n singlās condōes, distictas tres deiectōnes cōstituere, qd exitioīs sint pcedētib⁹, vt altera sit nigra, altera liuida, altera opima, & oēs tetri odoris: forsā fauet huic motiuo breuiter i cōt. Gal. S, ego s̄m priorē itelletū psequor, de vna t̄m qd sub eadem sbā ad pcedentem, hēat aliū colorem, & fetorem. vt alludat pcessui deiectiōnis naturalis, vt post habitā sbā; ad colores trāseat i quos. qd si obicias, q̄re lenitatem sbē: seu eq̄litatē, huic ēt nō adiecit, qd oqdē illē est pessimū i malis signis, & hoc de testabilius sit precedenti, per verbum textus. exitior. respondendum est id esse notissimum, si ei calor. nōdū ad nigredine; & fetore; ducēs, illā equalitatē ideiectōnē itroduxit, q̄to euidentius, excessiū calor, q̄ oīa terminat. incinerando contabescentibus. Intelligendus est secundum partem pingue que heret solidis particulis & carnea quā coliquata, solide particule tabes-

cunt

pessimū,furfureū autē deterius.nō inquā precedentibus,sed duntaxat illo  
 tertio textus.qd̄ nō ad finē seruamus lectiōis,scil; spumoso minuto.Sed  
 ad duo priora cum reffertur,miuus malū. Sed audiamus Theofilum, qui  
 crinoidale sedimentum apicē tenere malicie asseuerauit,in sentenciā q̄ sic  
 habet.A carne corporis possunt dissolui tres species resolutionum grosse  
 q̄ possunt apparere in vrina.crinoidales petaloides & furfuree,& ônes tres  
 significant magnā perditionē esse factam in corpore & magnā profunda  
 cionē caloris,& febrē ethicā.et inter has,& facit ad prepositum crinoidales  
 sunt pessime.nā petaloides,sunt resolūtiones quasi superficiales,furfuree ali  
 quid apprehendunt de profunditate,sed crinoidales super oī dimēsione se  
 profundāt. q̄ igitur intimius dilaniari,& lique fieri mēbra demōstrat,iuste  
 ouium pessima celebrabitur. Maius autē dubium cōmittit text⁹ A ui. in  
 2.4.c.22.vbi de furfureo sedimento:postq̄ ipsum equauit petaloſo,vt super  
 vtrisq; significet mēbris,ait.Significare calore ex profundo corporis.Ergo  
 si petalolum ex Hip.pessimū,ad huc furfureum,ex profundiori actione,  
 deterius. In solonē huius difficultatis dicam aliquot meo iudicio cōsona,  
 postea diffiniā sñiam,cum aliorum dictis. Dico ergo primū,q̄ sñia text⁹  
 nostri,potest legi,vt iacet furfureum sedimentū oībus refferēdo:per verbū  
 deterius,& non ad spumosum tantū.vt Gal.in cōtō.Semper cum suppor-  
 tatione,ne deniustantā confusionem in litera Hip. vt incipiendo a narra-  
 tione preter n̄lūm sedimentorū,interponeret post mala,leuius,puta spu-  
 mosum,deinde vnum,duntaxat sub verbo deteri⁹ tertio,& nō cunctis ref-  
 ferendum.Est igitur furfuraceū obtinēs apicem malicie:prout semp̄ malū  
 significat,puta dissolūtōnē ex mēbris,& ex humorib⁹ nunq̄.alia vero duo  
 ex ambobus indifferenter,ergo viso quodā sedimento furfureo,cum ali-  
 cui aliorū reffertur.possunt dicere furfureū est deterius illo.quia aliud,pōc-  
 sat leue dānum pronunciare,si ex humoribus sit.peius ergo est,qd̄ semper  
 significat mēbra liquari. Dico 2.q̄ si Gal.squamosa deteriorū ponit,ideo  
 est q̄ talis dissoluitur a seminalibus mēbris,vnde exēplificat de ossibus de  
 pelicula interiori venarum.Et ratio id mōstrat,quia cum caro frequentius  
 reperiatur in corpore,vt stibatis & replens rimulas simpliciū mēbrorum,  
 próptior est vt soluatur in grana,quā in laminas,cum igitur liquari semi-  
 nalia mēbra,corporis fundamētū,sūme exciosum sit,quia ipsi labefactis  
 non est curatio!.7.de morbis curandis.ac libelo de marcore.& id per deci-  
 sionem squamosam indicetur,Iure optimo preponitur aliis in malicia.Si  
 autem ab eisdē membris daretur furfureum,peius esset,quia magis e profū  
 do liquari significat,& sic cōmuniter,sucedit ad squamosam.cui dicto n̄fo  
 non pugnat A ui.cap.de Hipo qui dixit squamosam seu petaloidem dete-  
 riorem aliis,est nāq; sermo ei⁹ specialis reffendus inter tales,ad rubeam  
 & albā squamulā.Cum igitur de fusca loquitur,prefactis,esse deteriorem  
 pronū-

pronunciauit quia maius incēdium significabat. Theofilus vero, de crinoidale, intelligendus venit, cū de ēisdē mēbris decisa p̄ continuatū pcessum, videatur, vt precedat petalosa & furfurea. tunc nāq; vltimū incendiuni, & profundationē significat. De hisigitur dissolutōibus, & a quibus mēbris, a liquid inuenies pō Gal.epidi.6.i cōtrario s. i textu vrina cibo & potuis. Que vt cū attinentibus ad quartū sedimentum, clariora fiāt. Dubitatur quid sit peius, videre dissolutē mēbrorū fm partes magnas, & fm minutissimas. & videtur Gal. in presenti cotō, q; inequale qđ ex p̄tib; tenuioribus constat, deterius sit, idem A ui. 2.4.c, 38. quod si verum sit, nō op̄; tñ dānare sed mētum crinoidale, cū sit dissolutio partiū magis corporūtarum. Respōdeo, qđ dissolutū a mēbris, q̄to sub maioribus partibus, tanto est deterius, q̄a ex talibus, q̄ sume tutatur nā, nō possunt p̄tes liquari magne, absq; ingenti & impetuosa causa. Gal. aūt & A ui. de desciso ab humoribus intelligunt, q̄a subtenuioribus p̄tibus expulso, maior ibecillitas i nā arguit, secus ē de mēbris. Ob quod Rasius. 20. cōtinentis, de furfurea dixit. & q̄to in ea p̄tes. sūt magne, ita vt sint orobine s. ad q̄titatē illi⁹ semis, tāto magis signat cōsuptō nē mēbrorū. Nota tñ vt Marsilius. 2.4. q; p̄tes q̄ a mēbris descidunt, si talia sint, sup̄stle duricie, vt verbi cā ossa, q̄to minores, tāto maiore p̄tēdunt mājiciā. eo q; calor sic fuit intensus, & profundus, q; remoliuit sbām mēbri, & ad portiunculas duxit, & sic primū dictū nī m, de furfureo sedimento speciale, magis verificatur, cum ex solidis mēbris descidit. q̄ sic dicta sufficiant de tribus sedimenris, vt generalē crinoides, quia ab humoribus & carne & solidis posunt descidi. nō sint ita male, vt squamose, q̄ solū a solidis mēbris, & postābo, furfureū, q; minorū p̄tium sit, & nō tantā inde dissolutiōnē significet. Sed p̄ dicta nīa specialia, quid possit teneri, pulchre vidisti. Re stat ergo vt ad. 4. m genus. s. spumosū trāseamus. De quo dicimus. & si in perfectissimo sedimento, valde extollamus colorē candidum, tanq; preconem exācte actionis mēbrorū, q̄a tñ color a lōge sequit̄ crassim corporis, & ex multis cābiari pōt. ideo nō mirerur, si sedimentū spumosum sic cāandidum, taxem⁹. 8. l; Hip. de vnicō dūntaxat cādido, mētiōnē fecerit, nos aut p̄ mēliori expōne, alia adiecimus s. de suppuroso, musilaginoso, & de eo. quod frustis fermenti dissoluti in aqua similatur. & sic de espumoso nostri textus. musilaginosum ergo ex portione talis p̄tuite expulse, raro iu acutis visit, quibus hic incumbimus. nec figuram aut cādorem vere hipostasis retinet. Ex Hisac & aliis. Purulentum vero in his morbis videri poterit, sed horri di fetoris est, & nō pinealis figure, & suspicio erit de apostemate, quod rup tum fuit. q̄nod maxime significat. sicut aliquāt fungos aut copiam lactis aut recentis casei precessisse de proximo. Quibus sic relictis, ad spumosum vētiāmus. Quod candidum est ob copiam aeris sibi admixti, quantum enim dealbet aer inclusus, supra citauimus. Arist. s. de genera A nī. quod nōn

tenebit vrine fundū, ipso aere leuigante. genti. tertia tertī. cap. 2. tra. 1. nec recte puto dubitasse Thadeum, qualiter hoc sit sedimentum, si minime refert. Est enim, sed imperfectum, potissime cum diuulsum, discontinuum: sentiatur a. Gal. in cōmento. Sola ergo albedo aliis doctibus predita, commendatur. Ob quod A ui. cap. 6. secunda primi. de vrinis, dixit. de alba, quedam est bona. & quedā mala, vt musilaginosa saniosa spumosa, maturarioni contraria, quia nondum coctio perfecta, quandoquidem ventositas non sit explosa, sic. secnnda. 4. cap. citato, vituperata est, dixit Hisac. de coloribus hipostasis, q̄ spumosa cum subtilitate, dictu vt facile rumpatur, fere ventositatē comilceri significat, si autem ad instar apule aut vue, crassiorem ventositatē significat, & morbi prolixitatē, vnde id quod diximus ex Gal. in cōmento, melius esse hanc spumosam secundum magnas partes descidi, sane intelligatur, ita & id quod ex A ui. citari potest. capit. de hipost. de quā titate ipsius, refferendum ad musilaginofam. q̄ multa non in sua hora significat humorem esse multum, sed non dominium nature, vnde sedimentum spumosum, pro ea parte qua granula, & ampulas in circulo superiori vrine facit, melius est esse, exigua ea granula, non enim humorem sic tenacē, nec tantam copiā spiritus flatuosi significat. & sic intelligēdus est Hisac, sed attendendo ad partes humoris, que resident cum vrina, si magne sint, & a principio vise, peius est, quia ob copiam humoris. & sic intelligendus est A ui. in verbo. Non est confidendum i eo, quod habet similitudinem laudabilis, si non fuerit maturationis hora, si vero insine morbi, portiones magne, vise fuerint aut continue, ex quibus sit tale spumosum. utrāq; vim valere, scilicet alteran em, cum expultrice significat. Quod melius est, quam sub minoribus. quare sc.

**C**ubecula q̄ inuehit in vrina si cādida est: est bona: si nigra v̄tiosa est.  
GOMMENTVM GALENI.

Cū de discrimine docuisset sedimentorū, deinceps ad nubeculas se cōfert, indicans vt sublimamentum appellaret nubeculam adiectione verbi inuehitur, e quibus vt nigram merito criminetur perspicuum est. Si quidem nigrēdo, aut ob vehementem accidit frigiditatem qua ratione sanguis quoq; nigrescit congestis globulis, & quidqd extinguitur in plenum frigescit, aut propter exuperantem calorem, etenim sanguis rursus trahit nigrorē: si crematur, quemadmodū alia omnia corpora, & qui diutius in sole diuersātur estiuo nigri redduntur.

### GLOSA

Viso de sedimento. cui non erat exigue laudi, subsidere, & de eo, quod distantia ab eo criminabatur. nunc ad collationem inter nubeculas, que vrina visuntur, se trasfert. & sicut nubes partem aeris tenet, nec omnino superiorē aut inferiorem, sic hoc contentū qđ vrina inuehitur, ab aliis dictū eneroima seu nephilis. & si nephilis dicatur proprius qđ sursum natat, eneroima autē qđ

quod, medium tenet. Quod Gal. sublimamentum vocat, sed de nominum contentione nihil, dum modo res cognoscantur. Videndum ergo est pro bonitate expositionis. quid ex situ talis nubecule arguitur, deinde de collatione utriusque, albe scilicet & nigre. & de rubea nubecula. etiam unicum verbū afferemus, uti inter ambas medium tenente. Dico ergo quod Gal. primo de crisi & ipsum ad literā sequitur. A uerois colligit. 4. inuit tres esse coctionis gradus, inchoate scilicet, perfecte, & consumatissime, qui gradus in superfluis ipsius e corpore depositis sentiuntur, & in vrina. Ex triplice regiōe ipsius, qua contentum subcessiue visitur, unde viso in suprema regione, initium coctionis concipitur. incrementum autē, cū pendet versus fundū vasis, terminus autē per sui veram subsidentiā. De quo supra satis. unde absolute. nulla nubecula, sedimento, merito situs in bonitate habet comparari, secusest in minori malitia, ut statim. quod si quispiā obiceret ex Aui. scđa primi, summa de vniuersitate capit. 6. versus finem in serie que incipit, macilentorū vero egritudo. Intelligimus, cū omnes gradus ratione situs possunt eidē cōtentio refferrinā Gal. primo de iudicatione. in colericis, que corpora Aui. vocat macileta. Sola suspensione nubecule, feliciter ipsorū morbi terminantur. sic in abstinentibus, aut diu laborantibus. quia in talibus non est copia humoris, ut ad fundū descendere possit, imo tāte laudis in his, uti sedimentū in aliis, ita quod sola coctione vrine, non visa adhuc nubecula, esset felix iudicatio. forsitan inexacte sanis, esset melius videre nubculā, quā sedimentū, quia esset inditū, exactū seruare regimē. Quod igitur inuimus, de situs laudib⁹, de hipostasi bona intelligimus, sicut Aui. per hoc verbū clausit sententiā. in verbo. Hec quidē est de hipostasi laudata. De hipostasi autē mala, non semper natans, est peior, ut statim de nigra. ac de ea que in humoribus crasis coapparet, ipsorū subtiliatione, sicut in pituita. ut retius in dehipostasi flegmatica. & Aui. loco dicto. est enim coctio in talibus, mediocritas per subtiliationē qua graue ascendit. & sic in talibus, melior est sub minori quantitate visa. & hoc de situ. De altero vero punto Gal. & Hip. nihil aliud, preter cōmendare albam nubculam, & assignare causam, unde nigredo accidat. Nos autem non omnino laudamus albā, si vitio spiritus flatuosi mixti talis appareat. ut Aui. loco dicto. si vero ipsius. ruge & ipsius partes descendere incipient, cito naturam perfecturam coctionē significat. Vnde illud verbum Hip. in quarta apho. quibus in. 7. terminantur, & alia secundum rationem. non solū de nubcula rubea, verum expressius, & firmius, de alba. nam successu illorum dierum descendit perfecte. De rubea tamen cōmunirer glosatur. sed si ea alba nubcula perseveret, non descendens, morbū per abscessum finē dum determinat. Nā iuxta qualitatē nubecule, est salubris morbus, sed cum non descendit, pigritiam ostendit nature cum humoris resistentia, que duo fundamentum sunt ad abcessum. Sic Aui. dicto capit. sexro. in verbo, cū quod

In principio egritudinis. & ita nec nubecula rubea semper bonum significat iuxta sententiam Aui. in dicto capit. & rubra quidem significat proprietatem & fastidium, hoc est sanguineitatem. & imaturationem & dicto cap. 86. in scda. 4. & iterum sedimē rubeum pendeus, i quo est inclinatio ad superiora. cum est in vrina tenui significat in egritudinibus acutis permixtionem rationis, si autem perseverat timetur perditio. Nigra vero non semper est mala, vt textus preponit, nisi ad albam refferas. cum in morbis acutis, aliquā utilem sanguinis fluxum e naribus pronunciet. vti A ui. scda. 4. cap. 85. in verbo rectior significationum eius. id Egidius in versibus, cuius sedimē nata tile turbat turbata pace soporis. & scda primi in serie que incipit & fuerit in vrina nigra suspensio. Potestq; talis nubecula nigra quodāmodo dici bona respectu subsidentis: que enim natat, non tantam consuptionem. nec incinerationem significat. Potissime si liquor etiam niger non sit. Videndum dictis locis. citra autem eos euentus, semper reproba est. quia extinctionem calidi, aut ipsius combustionem demonstrat, iuxta propalata primo de crisi pri. & scđo de diff. morborum & presenti cōmento. quare &c.

**D**um vrina tenuis fuerit ac ruffa; crudā esse significat egrotationem. GAL. Vrina naturalis modice crocea est, vt pote ex humore consistens concocto, qui flave bilis parum recepit. Hec vbi modum excedat, aut admodum sincera permiscetur, vrina ruffa apparet. Ergo si adeo tal' colore est vt etiam tenuis habeatur, crudam esse significat egrotationem, oportet enim vt in colore diximus, modice croceam esse debere naturalem vrinam, ita ēt modice se habere in conditione, nec ita tenuem esse quēadmodū aqua, nec adeo crassam vt assimiletur vrine iumentorum, sed omnia sunt integre de natura vrine ac differentia prodita libro de indicatione, inde ea discas licet, si verus fueris predictionis amator. At vero discernere que nā vere sint prodita, & que secus, & item adiicere demonstrationis fidem vtriusq; ex superabundanti existit.

## GLOSA.

Non solum firmantur iudicia ex vrina per cōtentia, verum per liquorem, quem substantiam appellant, ac colorem. Et ideo sermone de contento naturali & contra naturam expedito, ad alia que vrine attinent se trāffert. Et si multa per varium liquorem, per variumq; ipsius colorē, iudicari possint (illa ex aliis locis fusius sunt colligenda.) Hic autem sermo magis precisus erit. Ad quēdam vrine colorē, & liquorē, puta si color rufus. substantie subtili iungatur. Cum enim id visitur, egrotationem esse erudam significat. de iudicatione in verbo. Hec vero quantum ad colorē attinet concocta est. Et loquitur de ruffo colore, sed quia vt supra dictum est, coctio in substantia longe perfectior sit, & inde nature difficilior. que namq; perfectiora sūt non ita celeriter completere potest natura: & si primo iniciet ea. Vidēdum libro de partibus animalium. inde talis vrina incocta quo ad substantiam, eo

q̄ tenuis sit, egrotationem esse crudam significat, Ex quo licet colligere ex Gal. loco dicto, vt talis vrina tenuis, dicatur collatione ad mediocrem, que vere in substantia cocta est. Talis tamen tantum distat ab aquosa. aut tenui, que sub palido aut citrino colore visitur, quanta est distantia in colore ruffo ipsorum respectu, quasi intelligaseum calorem, qui ipsam vrinam ad ultiorem colorem promonuit, partem etiam liquoris inspisasse, sic enim pertinetur in subtilibus humoribus ad mediocritatem. Sed statim, tu. ad maiorem lucem iuste dubitabis, nam si ex Gal. presenti commento. ac loco citato. is color rufus bissariā confertur vrine, aut copia colere mixta liquori, aut ipsius breui mole, sed incensa valde, iuxta exemplum croci. qui parvus, purissimus tamen, sic colorat aquam, ut maior moles nō sic purissimi. Ex quibus dubitas, per alterum eorum modoru, minime posse tenuem vrinam apparere. Si enim satis de humore miscetur, inspisabitur liquor. Respondeo q̄ faltim in principio non tantum permisceri potest, unde toto tempore quo sic visitur, merito immaturitatem protendit. ac sub tali portione, tenuis dici potest, eo q̄ libere ab visu penetratur. quando vero coctione maiori, expultrix maiorem partem adiecit, iam ab ea cruditate elongari, significat. Sup quo legitime dubitatur, vtro eorum modoru magis consonet, tenuem vrinā istius textus sentire, & videretur alicui, secundū eū modū, quo incensē colere parū miscetur, quia cum color eiusdē gradus possit esse vtrobiq; tenuis substantia consonat magis minori portioni colere. Ex quo licitum est perpendere, si color vrine detur, per cōmertium humorū disolutorū cum aqua semper, ā per solam alterationē caloris naturalis. & videretur alicui q̄ modus tincture per solam alterationem, sit huic indicio consentaneus magis quia sic super alterationem significat, & in eo. altero modo, super ipsam expulsione. Responsio est, q̄ nūsquam vrina coloratur absq; miscela alicuius humoris, sed cum humor est, sic exiguus, qui minime de se coloraret vrinacū ius indicium, q̄ tenevisit, liquor. talis dicitur dari per modū alteratiois. Et sic dixit Gal. loco citato, q̄ oportet tantum discedere ab aquosa, quantū colore, siquidem bene concoqui debet. A qua enim. & si simplicissima sit, vrina non est sic simplex in corpore. & calor naturalis agens in eam, potest ipsā simul insipisci, ac intensiori colore ipsam munire, quod vulgo dicitur, acti uas qualitates prestare colorem. Sed cum ea actio caloris, sit etiā in humoris, ineuitabile est aliquam portionē non cōmiseri, intensioris coloris, p̄t ipse calor ulterius egit, aut intensior sit. Ob quod vrina que in corpore diutius retinetur, coloratur magis ex mora, & sic iubetur secunda primi, non retineri. Item i abstinētibus, propter ipsum calorem magis acutum factum, ac ipsum massā humoralem ad incendium prouocantem. & sic licet Galen⁹ quarta aphorisma. per tenuem vrinam, aliquando mediocrē intellegat. hic vere per ipsam, subtilem intelligit. Qui substantie modus, & si a plurimis

possit causis contingere, puta obstrukione viarum, pigricia expultricis facultatis, in presentiarum ad id non attendimus, sed ad pigriciam caloris naturalis. que substantia non valuit inspisare, & si aliquid fecerit, ut ex colore protenditur. Ex causis enim duabus iam dictis, non necessario ruffa esset, sed aliis coloribus forsitan iuncta. quando igitur valentior calor sit, maiorem permixtionem operabitur, & simul in colore ruffa, substantia medocri, apparebit. differens a naturali, q̄ incensa magis sit. Omnes enim colores post citrinum significant calorem. Dicebat Aui. z. primi. non est igitur omnimoda cruditas, quandoquidem calor sic potens est, Ut eum ruffum colorem inducat. ex quo verbum Aui. dicto loco de significacionibus substantie vrine. q̄ in acutis egritudinibus. Tenuis liquor significat virtutis digerentis debilitatem, & priuationem maturationis. Intelligendum, merito sui, quia huic colori iunctus, minorem cruditatem significat. Quod verbum de tenuitate ad substantiam referendum est, nam verbum tenue, etiam accommodatur coloribus. Cum a summo gradu, per aliquam remissiōē temperatur. Quod totum Aui. singulariter in cap. de significacionibus ex colore, in serie & color quidem vrine in egritudinibus acutis ad colorem tendit zafarani & igneitatem. q̄ si fuerit ibi tenuitas, aliquam maturationis significat dispositionem, & si non appareat in substantia. q̄ si in ea claritas appareat, tunc calor secundum diminutionem incedit. Talis ergo tenuis color dici potest, qui faciliter a visu penetratur, & ad aliquam vergit claritatem. Et hoc secūdum aliquos, nam meo videri. illud verbum tenue, ad substantiam duntaxat refertur, que de se priuationem coctionis significat primo de crisi. & aliquando duplicis virtutis defectum. q̄ si tenuis appareat, huic iunctus colori ruffo. & si in substantia dictam cruditatem significet, per colorem tamen, aliquod initium maturationis. & processum & augmentum caloris, aut ipsius diminutionem, prout elatior in rufedine est ipsa vrina, aut versus citrinitatem, aut palorem. Et sic hisac in propria materia ait. q̄ & si color iste de se vituperabilis non sit, huic substantie iunctus, cruditatem significat. Quia si illud opus, esset mere caloris naturalis, tamē daret despītitudine, sicut de colore. calor autem extraneus, sepe exaltat colores, absq; debita substantia, ergo crudam esse quocdammodo ēā egrotationē significat, vsq; naturalis calor magis inualescat. quare &c.

**C**elbi morbus diutinus fuerit: vrina vero malis excernitur: periculum est ne durare eger possit quoad morbus concoquatur.

#### COMMENTVM. GALENI.

Quotiens morbus diutius incoctus permaneat periculum imminent abolitionis, nisi facultas morbo resistens quam maxime valeat. Ceterum constat. ut ad huic reuocari locum possit lenitētia, qua precipitur considerandum

randum esse, quo pacto supersint vires, & quantum morbus concoctio-  
nis requirat, & utrum eger durare possit ad consistendi vigorem usq;  
egrotationis.

## G L O S A.

Concisius visa est antiquior litera sentire, & satis bene cum nihil addat  
preter hoc, timendum ergo est infirmi defectus. Quod corolarium singu-  
lariter infertur ex priori textu. Hoc presupposito q; materiales morbi,  
absq; coctione in bonum nequaquam terminari possunt. Cum igitur ex  
vrina expressa precedeti textu, talis coctio differebat, inde suspicio est,  
infirmum posse deficere, antequam coctio ipsa consumaretur. Nam in  
omni morbo potest esse suspicio de virtute. Sed potissime in illis, qui di-  
ferunt. q; si virtus deficiat, curacio no valet, curas enim sicut sciusti est vir-  
tus aiebat Aui. 4. primi. Ergo morbo sic dilato, aut ipsam virtutem sucum-  
bere, & reddi letalem, aut ipsa resistente ponderi ipsius, necessum est esse  
prolixum, potissime si vrina tenuis iam dicta sub eo colore ruffo, malis  
excernitur. Puta etati senili, aut crassi naturaliter infirme, aut cum magna  
perseuerantia, aut aliis similimis circumstantiis iungatur. Super quo le-  
gitime dubitare contingit, morbos colericos indicatos per tales vrinam  
tenuem & ruffam, non posse esse sic spaciosos. potissime q; de ea in morbis  
acutis loquimur. Dic q; ceteris paribus, semper a colera prolixius minus ori-  
untur morbi, quam ab aliis humoribus, tamen intra colericos, non prohi-  
betur aliquem esse diutinum. Qualis est sic indicatus sub cruditate sparsa,  
ex tali iam dicta vrina. Sed si vterius dubites, alterum duorum debere  
concedi. Nam aut virtus est debilis, & sic iste morbus mortal is erit, & per  
consequens non spatio s. aut virtus est fortis, & sic quantocunq; differa-  
tur, non est q; dubites, infirmum posse durare, donec egritudo concoqua-  
tur. Nisi eslet, q; omnia talia dicuntur ad aliquid. Q uod ergo non dubi-  
tam us, est, posse virtutem deficere in morbo spacio s. sub quo defectu, aut  
poterit fieri mortal is, qui no erat. Scis enim de crisi. 3. duobus egrotatibus  
eodem morbo, ex sola dilatione ad hunc diem crisis, aut ad alterum, vnum  
reddi icolumen, altero exitios o. Si vero non deficiat, vt succumbat, ex tali  
defectu, timetur prolixitas, & ideo pronosticatio, fundatur in vera p o dera-  
cione virtutis ad morbum, non enim semper oportet virtutem esse debi-  
lem, et si morbus magnus sit. 3. de crisi. ex qua ponderatione, & virtus, &  
presagia, & morborum termini perpenduntur. Infra. 3. huius, & libello de  
constituti. & textu illo in. 1. apho. contemplari igitur. quare &c.

**E**xterior vero vrina est: si aquosa: fetida: nigra crassaq; est.

## COMMENTIUM GALENI.

Vrina aquosa tenuis quidem conditione, colore vero candida est sum-  
mam indicans humoru cruditatem, naturalis vero facultatis debilitatem.  
At vero que quavis vrina fetida antea est quemadmodum de nigra quoq;

P. iiiii perscri

perscriptum, he igitur iuncti ac seorsum per se exitiose censentur. Ceterū crassa vtrū per seorsū exitiosa censenda sit, an copulanda cū predictis, aut nī gra dignū consideratione est. igitur que ipsi nouimus, diligenter obseruan- do dicem⁹, vt ex illis oris simul scias veritatē, simulq; meliore eligas enar rationē. Vrīna quo fuerit crassior, eo deteriorē haberī obseruauimus. At si colorē habeat naturalē, duplīcem habet euentum, interduti ad mortē, in terdū ad sanitatem propinquō, quēadmodum alia multa per naturā quip- pe corpus per illā repurgatur. Ceterū constat, vt ab Hippocrate crassa dica tur vrīna, que per nimium talis habeatur. Que enim simpliciter crassior q; naturalis existit, non admodū exitiosa habetur.

## GLOSA.

**I**nditia quatuor vrīnarū tanguntur in presenti textu, que non solū ad te- nuē russā priorē, si resseratur, per verbū textus. exitior. considerande ve- diūt, verū in se. inditia satis peruersi sunt affectus, & sumuntur penes substātiā vrīne, colorē, & odorē. & cū substantie modi hic reprobati, sint admodū crassa, & tenuissima, q; pro eodē tempore pugnant, inde est q; dictū Gal. in co- mento. qui iuncti seorsū vetales exitiosas pdicat, nō de illis abobus siml, s; de singulo sibē modo, nigrocolori, aut fetori, iniucto itē de fetida per se, nō nigra, aut nigra non fetida, intelligendū venit. Quod autē de nigra, fetida ve, q; iucti seorsū abe exitiose sint, pscriptū ēē ait, nō hoc de vrīnis tracta- tu, s; in eo de deiectionib⁹ eo textu, exitior est opima, fetida, nigra. Intelligē dūq; ē de his duob⁹ modis sibē vt iucti dānent cū aliis duab⁹, crassā magis accommodari, aquosa aut seorsū magis. Qđ tñ inter disputādū clari⁹ fiet. ( & sic op; notare, p crassā tenuēq;) nō medias vrīnas, q; aliarū collatiōe tales di- ci possūt, s; q; primū tales sūt. Est igit̄ crassa, q̄lisea iumētorū, aquosa aut q; tenuissima ē. qđ verisimile est, q̄doqdē inde aquosa dicat, q; speciē aque re- presentet. ex q̄. cū Gal. i cōt de aquosa tenui exponat, q̄ indicat sumā hūorū cruditatē, & n̄is facultatis debilitatē. illđ( & ) q̄li exppositiue additū ē. qz atē ipaz, alia aquosa visiē peioris cōditōnis, i oib⁹ ei simil, dēpto, q; statī migit. q; nōdū alterātis virtutis defectū, verū & retētricis. oia vidēda p ip; autorē pri. de crisi. Ex q̄ l; ibi Gal. hāc aquosa secūdā, q̄tū ad id qđ ad cruditatē atti- net, esse oīo similē alteri pñūciet, nō dedignabor asserere, min⁹ tenuē hanc qđāmō ēē, ex q̄ tulacūq; mora. & si oīm tenuissia sit, q̄ huic tractatui acuto p̄- morborū p̄tinēt. prior. n. i diabete, dūtaxat, seu i circulo vrie visiē. Posset ēē aut rō gñalis ad snia; Hip. tał. oēm vrīna exitiosa ēē, q̄ caloris n̄is clarū def- fectū, aut caloris extranei publicū idicat dominiū, & victoriā, tał ē singula- isti⁹ text⁹, igit̄ p maiori ergo text⁹ dilucidatiōe, aliquā pūta qrāt. primū ē q̄ vrīa peior sit, si aquosa, si crassa. 2<sup>m</sup>. a vrīa nigra subtilior, peior sit crassa. ,<sup>m</sup>. ii vrīa nigra erit peior vrīa nō nigra, habēte nigrū sedimentū. vltimū erit, re- uerterī sup asignādīscāis ad text⁹ snia speciatī magis. & de. i. dicim⁹ p̄suponi- eas

easābas vriāas videricū pseuerācia, & sub eodē tpe morbi, sic ei facili⁹ veritas sciet. p̄suposito ēt de crasa ac aquosa talib⁹ absolute itellige⁹, tūc respondeo aquosā peiorē eē. priō autoritate Aui. capit. de liquore vrie. q̄ de tenuissimia ait i oibus dispónib⁹ priuationē signare maturitatis, s; de crasa dixit, vt plurimū, idē Hisac. c. de liquore vrie. de tenuissima ait, signare nōdū nā, icepisse resistē ipi morbo, de v̄lde aut̄ crasa, nā; opari i hūore cōsētit. itē crasa p Gal, i cōt. aliqñ bonū exitū pmittit, tenuissima vero magnū deffectū i facilitate n̄li, aq̄ i morbism̄ lib⁹ tota salus depēdet! Qd si obicies, sic crassā significat victoriā calidi preter nām. ex Hisac loco dicto. tenuissimā. aut̄, solū debilitatē caloris n̄lis. s; hic sic debil, poterit i meli⁹ pfice⁹, excedēs autē sēp i pei⁹, igit̄. itē si obiciastenuissia; posse h̄e locū ablata atiois, crassā vero corrup̄te. S; disputatū est. 14. tertii. p gētilē. autoritate fapionis, corruptā actio nē eē peiorē ablata. saltū, p eo qd ex actiōe liqt̄. igit̄. Dicq̄ actio ablata i eau sis peiorē corrupta, s; nō sēper i effectib⁹. itē cū tenuissimā itelligim⁹, ifc̄ bre aut̄ morbo acuto, nō oīo itelligim⁹ absētiā caloris extranei, sed signatur n̄lem a preter n̄li vinci, & rapi ad supiora, vnde organa coctiois manēt exuta calore. Crassa aut̄ & si agitationē & comotionē significet caloris n̄lis, ip̄, tñ nō deseruisse oīo actionē suā signat, q̄ si obicias quandoqdem calor preter naturā vtrobiq; supat, vnde hec tenuissima, illa crassissima: nisi eēt, maiori victoria caloris p̄ter naturā, vt totus naturalis deuoret ab ipso. i alia vero dispōne, est pugna & agitatio, qua ebullitiōe turbatur ipsa vrina. Que si diu sic perseueraslet, non negamus illud vestigium naturalis caloris extictū eē. modo claritas nec mediocritas succedit liquoris. & ita tenuissima perseverans, nōdū cruda, verū priuata maturatiōe dici pōt. est dicere aptu & apertitudine i coctā. & ita tenuissima vrina familiaris est future phrenesī, ppter hūorē rapi ad superiora. q̄ sic aquos⁹ liquor, si crasū sequat, sepe comēdat. q̄ alaq̄is mortis emācipet egtū, iditiūq̄ sit deferuēscētis caloris. sic egidi⁹ i verib⁹. ne claudād⁹ venitt tal tenuissim⁹ liquor, & si icrasset, i acutis, n̄isi aleutatiōe comite. qz forsā est ppter liqfationē, dixit Aui. scđa. 4. c. 22. Crass⁹ aut̄, vt dixim⁹: ad sui comēdationē nō dēt diu pseuerare, nā sic magnā cordis & hepatis inflāmationē & exupantē calorē signaret, q̄ oīa turbat. nec i oppositū seducaris, ex dicto Aui. scđa. 4. in. cap. 18. Qui vituperat clarificationem huius crasse vrine, ate crisim & prope crisim, id nāq̄ itelligit si subito clarefit. Nā tūc arguitur deffectus expulsiue, aut obstrutio canaliū. q̄ crassa vrina q̄ titate abūdās, salubris iudicatio ē laboriosis febrib⁹. i. 4. aph. &. 2. 4. De pūto vero alio. videt p̄suppositū fuisse falsū, puta posse nigredinē iūgi subtilli liqueri. quia A uicena. secunda. 4. capit. 22. in calce dixit, scias q̄ tenuitas est sicut ipia non iungatur nigredini & rubedini. Dic q̄ Aui. precedit cum hac consideratione. Quod subtilissima vrina significet frigiditudinem, & deffectum coctionis. Qualiter ergo rubedo, aut nigredo post ipsam qui

qui ambo colores precedunt a calido, comitabitur euni liquorē. si enim calidum comiscuit humores, non evasit subtilissima vrina. Potest tamen ille subtilissimus liquor iungi illis coloribus: si per viam alterationis duntaxat ab excessu calido dentur. & est textus singularis, qui roborat id quod supra diximus, de tinctura vrine per viam alterationis. In verbo. aut vehementia qualitatis egreditinalis in primentis in aquam. A dquesitum ergo dicimus. posse teneri, subtilem, peiorum quia extra rem tangentem. De qua Avi. loco dicto. vehementiam qualitatis morbi significat, scilicet excedentē frigiditudinem, aut rabiōsā flāmā. Crassa autem aliquando talis est, expulsione humoris nō cui cum utilitate infirmi in iteritia nāq; quāto spissior melior. sed in veritate cum ad eandem causam comparantur. Crassior peior est, ut Avicena secunda. 4. capit. 85. in verbo, & iterum quanto grossior est, tanto est deterior in egreditinibus acutis, & ratio illius est, quia maiore adustionē significat. I tantū q; liquorē deuorauit & sic sub minori quātitate visitur. ob quod imediate prius dixit Avi. scias q; quanto plus est pauca est deterior, si significans consuptionē humiditatis. Vtraq; tamen exitiosa est. & si sub conditione vtraq; possit commendari. vide totū caput Avi. quia facit multū p hac materia. De alio punto dico. q; His ac describens vrinas significates per ditionē, quatuor gradus proposuit, scilicet sedimentū nigrū cū vrina non tali. aut ipsum cum liquore nigro. & hanc diuisit trifariā, penetria loca ipsius contenti. scilicet nebule sublimamenti & sedimenti. si igitur vtruncq; nigrū sit, apicem habet malicie, in duplii coctione adustionem dominari protendit. q; si dicas melior est uniformitas quam diformitas. Responde. q; vbi debet esse dissimilitudo, iniquū est videre similitudinē, sed vrina & contentum disparis coloris debent esse. Pro maiori parte. & adhuc in rebus significantibus perditionem, equale peius est inequali. supra, dictum. Eritq; talis vrina tanto peioris inditii, quanto contentum inferiorem locū tenet. Sic Gal. primo de crisi. Sic ónis autor. sed de principali dubio, nullus perpedit, nisi uno verbo Gal. ducamus, de crisi primo in hac materia. Qui posquam detestatus est vrinam nigram, dixit. Sedimentum declinans ad nigredinem, est minus pernitosum. potestq; experimentum fauere, vt Galenus, neminem viderit saluum cum vrina nigra, sedimentum autem tale in diuerso liquore, iam predixit fluxum e naribus aliquando, qui utiliter iudicauit morbum. q; si arguas. inde minorē fidem dari contentis, quā colori, quod tamen oēs negant. Respondeo q; cetera non sunt paria, quia ex vrina nigra significabitur omnem massam humoralem esse simpliciter imaturam, ex sedimento autem cum vario liquore, aliquam esse in tertia coctione inflammationem. semper autem comparo, sedimentum nigrū, ad vrinā nigrā duntaxat. De ultimo vero, ultra rationem generalem ad autoris sententiā, quam prebuiimus in principio glose, ad nimaduertendum est. Ad id quod dixit Gale

nus in cōmento de vrina crasa, q̄ ipsa iuncta colori nigro, tunc stat sententia. q̄ exitiosa sit. per ea que dicta sunt, & primo de crisi. In verbo nemine, vidi saluum esse &c. Sed subdit q̄ ipsa crassa vrina, iuncta adhuc calori naturali, exitiosa potest esse, vbi notatur, quam a longe per colorem certifica tur salus, cum ipso, naturali, solum per liquorem extremū, fit obnoxia morti, notandumq; etiam, non esse mentem Galeni, absolute naturali colori tam crassissimā vrinam iungi, sed ad explicandam ipsius malitiam, addit, & si colorem habeat naturalem. qualiter autem ad utrumq; sit prona talis crassa vrina, explicuit ipse Galenus in quarta aphorismo. in commento. 70. vbi habet. eam crassam vrinam si cito sedimē crasum representet: morbum cito iri solutum significare, Si vero non separetur illud sedimentum, virtute existente forti: morbi prolixitas promittitur. si ipsa debili mors. Contemplare etiam, qualiter vrina nigra. non est semper firmum inditium ad mortem: & si in se sit signum malum. Ex A uicena secunda. 4. capit. 8c. in principio, potissime si in fine morbi appareat. Idem dicimus de fetida, cum vero vi morbi, tales apparent, exiciose sunt, ob causā dictā in principio. quare &c.

**C**In mulieribus & viris vrina nigra: in pueris aquosa deterrima est.

#### COMMENTVM GALENI.

In omni etate vrina nigra & aquosa exitiosissima est, sed in etatis vigore consistentibus inter exitiosa primū habet ordinem nigra, in pueris vero aquosa. Superius enim est ab Hippocrate dictum, vt maxime contraria nature exitiosissima habeantur. Contraria vero nature in pueris non ita nigra perinde vt tenuis est, Per naturam enim in illis est vrinam emittere copulentam, ac sediminis copiam habentem, in etatis vero vigore consistentibus tenuissimū habet & exiguum sedimentum, & ob eam rem in eis vrina nigra exitiosissima censetur, in pueris vero ob aliam quoq; causam aquosa pestifera est. In eis enim omnia concoquuntur oxyssime pre robore facultatis alterantis, At concoctio crassiorem reddit non solum vrinam, sed etiam deiectionem quotiens bene in ventre concoquatur, & item scerationem in pulmonis & costali, atq; etiam pituitā per distillationes, & grauedines, nec non per lippitudinem & pus in ulceribus. Si igitur in pueris manere videas plurimū tēporis vrinam aquosam ita vt nullam habeat mutationem ad corpulentius inditium exitiale est.

#### GLOSA.

Hic textus in planiori sermone, modificatio quedam est precedentis. Nā addit, quid de duplice vrina ibi expressa sentiat, scilicet nigra, & aquosa. & hoc ad etatem comparando. De aquosa ergo sentit, esse pessimā in pueris, nigram autem (in viris & mulieribus.) Que tamen ambe, cum omni etate vituperabiles sint, in his etatibus expressis in textu, apicem habent. q̄ si diccas humanam naturam, viris & mulieribus comprehendi, hoc est masculis

&amp;

& feminis, ergo aut nigram intelligit pessimā, in omni s<sup>n</sup>pōsito humanc nature, & sic in artificiose aquosam ad pueritā cōtrahit, aut quid per ea verba intelligit viris & mulierib⁹: notādū ē:ātiq̄ literā h̄fe, loco eoꝝ v̄borū (i vtroq; sexu) & ē litera clarior. per quē vtrunq; lexū, duntaxat eam partem etatis intelligit, qua sexus est perfectus, & potest esse aptus ad multiplicationem. eo autem tempore, homo masculus, vir, & femina, mulier dici potest. est. ac si clarius dicas. Vrina nigra in etate iuuentutis est deterrima, hoc est tenens apicem respectu aliarū etatū. Et aquosa in pueris, respectu aliarum etatū. Et ad hunc sensum procedit Galenus in cōmento. Cū quo antequā sermo- nē conſſeramus. Dico, q; iste textus, posset ad vnam tantū vrinā reſſerri. ſci licet nigram. que cum crasie & tenuitati iungi poſſit, vt ſupra inuim⁹, de terminet in preſenti. qualiter nigra ſubtilis, in nulla etate eſt ſic exitialis, ſicut in pueritia. & nigra crasa in iuuentute. & ſic erit determinatio eorū, que ſupra queſiuimus, ex etatibus. Inſequendo tamen planiorem ſēſum, de du plici vrina, altera ob ſubſtantiam, altera ob colorem. Necessum eſſet for- miare, quam plurimas combinationes, a quibus niſi ſolertissimū ingenium non euadet. Prima eſt, ſi in aliqua etate poſſit nigra peius ſignificare. quam in iuuentute. & de aquosa in pueritia. Item ſi nigra in iuueutute, ſi eſt peior aquosa iu pueritia. Item ſi nigra ſpiſſa iu iuuentute, ſit peior ſubtili nigra. Item ſi peior quā in puericia crasa nigra. Quibus tu prebe reſponſum ſtli- bet. Solum accedamus, ad verificandam ſententiam textus. Per hanc ra- tionem. Tanto inditia exitiora ſunt, quanto elongantur magis a naturali ſtatū. Sed vrina aquosa in pueris eſt talis, ibi enim ob ingluieni, & coctio niſexuperantiam. ſuperfluunt excrementa in crasantia vrinam. Igitur ſi a- quosa ſit, ſat exitiosa eſt. Iuuenibus vero cum naturaliter tenuiſſima ſit, ſi ta- lis videatur, non ſic mala ſicut nigra, per quem colorem multum diſtāt a na- turali ſtatū. Hec Gal. in cōmento. Sed tu merito dubitabis, nam ſi ea que magis diſtant a naturali ſtatū, exitiora ſunt, nigra in pueris magis diſtant, qz cum talis in febribus, per ſuperfluam inflāmationem inducatur, prompti- uſtalis aduſtio in iuuenibus apparebit. puericie humiditate, adeo infrena- te feruorem. Item illatio Gal. in cōmento videtur mancha, in consistenti- tib⁹ eſt tenuiſſimū & exiguum ſedimentum, & ob id in eis vrina nigra ex- ciosima censetur. Argumentatur enim ſatis a longe. niſi eſſet, q; ſupra ex- citauimus, nigram. vrinam frequētius crasam, quam ſubtile reperiri. Ergo ſi in ea etate, vbi ſubtilis mingitur, vrina nigra viſitatur, pefſima eſt. quia in modo ſubſtantie. eſt diſtantia ſima, quia ſpiſſa. & hec conſideratio erit clari- or, ſi vna tantum vrinā concipiā, ſcilicet nigram, que ſubtilis, in pueris pro- pter diſtantiam in ſubſtantia, crassa in iuuenibus, ob eandem rationem vi- cuperāda venit (aut dicas, in pueris naturaliter.) Vrina debet eſte ſpiſſa, ſi iigitur aquosa videat, m̄lto exitior eſt, aquosa i pueritia, q; nigra. & nigra in iuuē

iuentute, quā aquosa. Cum si aquosa visitur ea etate, nō ideo distat valde a naturali statu, q̄ magis non distet per nigrum colorem. non q̄ minus per eum colorem in pueritia quam in iuentute distet, imo magis, & tunc vides qualiter in aliqua etate, infirmius inditum sit ex colore, in aliqua ex substātia. si autem clarius sentis, aquosam detersorem in pueritia. quam aliis etati bus. & nigram in iuentute, quā in aliis. nō cures de illatione Gal. nec de collatione. sed restat soluere ad obiectū. q̄ in iuentute nigra minus distet, primo si est ob extintionem calidi, magis distat in iuentute, quia ineptius est extintioni illa etate. Ob inflātionem vero minus. nisi ob robur virtutis, argumenteris, maius malum significet, adeo elongari. Lege etiam Hippocratem, plane. q̄ nigra, emni etate vituperetur, ob causam superius dictam & vtroq; sexu, sed aquosa in pueris. & ita de viris & mulieribus expressit, vt cognoscas in feminis, nigram esse minoris malicie. A uic. scđa. 4. capit. 85. Gal. tertio de morbis vulgaribus. in cōmento textus in tharso. Mulier quedam. nam ex retētione intestinorum sepe talis. Sensum autē Gal. magis in sequimur. quare &c.

**C**Qui tenuē crudāq; diutius vrinā mingūt: si cetera ut conualitatis inditia fuerit: in his abcessum ad inferas precordioꝝ sedes expectare opꝝ.

### GOMMENTVM GALENI.

Id quoq; verissime est ab hippocrate dictū. Morbus enim concoctū diffīcilior ut qui crassiore frigidioreq; consistat per abscessum iudicari assolet. Qui vero calidore tenuioreq; excretionē. Quoties igitur plus maneat tēporis vrina nequaq; concocta, diffiniendum vtrū nequaq; duraturus longitudine egrotationis eger sit, an iudicandus per abscessū morbus. Diffinitio vero ex aliis inditiis erit. Exitiosa enim indicant mortem, mitiora salutem. At vero abscessus in iis qui admodum immorantur, ad inferas rūpunt sedes ob frigus crassitudinēq; materie ac virium spatio temporis languentiū debilitatem. In acutioribus vero prope auriculas, etenim per eos crassi minus humores existunt, & item copia coloris ac valentior facultas. At morbi medii inter hos continent abscessus qui medio genere ambigunt, neq; cōuenit quantū in ipsum agitur tempus querere sint ne sursum potiusq; deorsuꝝ erupturi. Sed ex aliis diffiniri signis oportet.

### GLOSA

**T**Emperat sententiam quo ad aquosam vrinam superius daninatam, si enim signis bonis iungitur, aliquid bonum poterit promittēre, scilicet iudicationē per abscessū, & hoc ad loca sub diafragmate. Opꝝ autem tale sic pseuerare, nā ōni morbo materiali īcipiēti (dactū est) inchoare posse ab vrina tenui cruda, sed tñm elōgabitur ab ea substantia, quantum coctio ipsa impalescat. Ideo tal ad hoc presagiū diu perseueret. sintq; signa alia, q̄ promittat infirmū nō succubere, & si morbus longus sit. errunt talia tenor virtutis, etas, cōplexio. & per viam cause & signi laudabilis appetitus, qui plurimū facit

ad longos morbos. Cum igitur salubris offeratur, & ob renitentiam humoris, virtutisq; imbecillitatem, per vacuationem non iudicetur. necessus est abscessū, hoc est crisim permutationis expectare, & quare ad inferiores sedes, non inquā ex longitudine morbi, sed aliis inditiis est difiniēdū. Hoc modo Gal. satisfacit sententie Hippo. in presenti cōmento. qui eandē sentētiā posuit in 6. epidimi. contario. 2. super textu vene téporū. in serie que habet. quicūq; sane locia tenuia & cruda multū téporis fecerint, sīt alia signa perduratiōis adsint, in istis abscessus ad partes renibus inferiores expectare oportet. In primis ergo (taxet quis Hipp. de superfluo verbo) tenuē crudā, intenui nāq;, crudū colligitur. nisi construas. qui tenuē, diutius mīgunt crudā. Hoc est non mutatā attenuitate, promittitur talib⁹ presagiū textus, aut quia, & si cruditas cū crasso & subtili liquore possit videri, subtilis cruda est huic presagio magis accomoda, quia imbeciliorē facultatē indicat ex superioris dictis, & morbi prolongationē maiore, que ad abscessum sunt fundamētū. Crasa enī vrina, sepe ipsa sola vt reppetetur, iudicauit morbus abscessus apostemate. Sed fortius ad rem dubitabis, hunc textū ónino esse irrationalē. Nam de vrina tenui iuncta colori ruffo, qui color caloris excessum significat, dixit timeri infirmū defficere, & morbum esse crudū, qualiter in presenti textu cum maiori cruditate, potest expectari bonū aliquod, puta iudicatio permutationis? Dic q̄ ille timor deffectus infirmi, ita est huius textus, & maior, & ad vtrūq; paratus. Et ideo ad inditia que solent apparet in conualitatis, est aduertendum, scilicet tolerare bene morbus, & alia que diximus. Vnde in hoc textu dearticulat̄ sententia prioris. dic etiam. q̄ per vrinā subtilem crudam, humor crassus frigidus significatur, qui si incipiat superari a virtute, in dies, redditur minus infestus virtuti, ad instar veneno rūfrigidorū. vt alias diximus. Vnde temporis tractu, poterit defficere virtus, non humoris malitia, sed cum vrina tenuis ruffa apparet, in eo tempori tractu, qui promittitur obtenuitatem, magistimetur infirmo, ob colere aut calidorū humorū infestationē, quare natura diu cū insigni contrariocer tante, magistimendū est. Quod totū singulariter Gal. in 4. a pho. cotō illius frigidi sudores. in serie que habet. febris vero non acuta, sed potius mitis & quieta, dat nature spatia quibus materiam illam digerat, nec corpus dissolut sicut acuta. Existentibus ergo in pacificis febribus, bonis signis, ex anhelitu, ratione, apetitu, sōno, & aliis &c. lege totum. inde ergo est q̄ supra absolute dixit, timendum esse infirmis. q̄ si dicas, non constare. Hipp. in presenti textu negasse hanc tenuē crudā, esse ruffi coloris. Dic q̄ ea ruffi coloris, falso cruda nomine absoluto, dici poterit, cum ex colore cocta sit, vt inui mus. Item, quia fundamentum ad permutationem inferius, est humoris grauedo & frigiditudo, ex Galeno. in commento. Que non consentiunt colori ruffo. Si ergo cruda subtilis fuerit. Sic perleuerans, abscessum promit.

promittit, nisi subito crasefcat, exuperáterq; profluat. tunc enim forsam excusabit ab apostemate. cōtō illius. in q̄rta apho. quibus spes est ad articulos conuerti, & secunda. 4. cap. 16. in verbo & sepe expectatur exitura, quā ipsi signa significant, & mingit qui habet eam, vrinam plurimā grosam albā & expellitur. Excusat ergo talis mutatio ab apostemate. & idem in fine cap. 12. in verbo & (multotiensquidē) cū igitur debilitas virtutis, & materie grossitudiō fī plurimū, aut multitudo fī min⁹, & si calida sit, radix sit ad crīsim pmutatiois. scđa. 4. cap. 12. & 4. aphorif. cotō illius q̄bus febres longe. quia cū natura, ob dicta obstacula, aut a se, expulsionē totalē, hoc est extra corp⁹ mīnime cōplere potest, saltim tutatur mēbra regalia, & ad aliquā sedē ignobilē trāsmittit humorē. sicut in domino ciuitatis, de victoria cōlecta, & in cōlecta .2. 4. i. capi. 2. que cū ita sint, nō habet totū illud exiguā difficultatē, nam totā niā; morbi claudere, vnicā sede, videtur maiorē potentia arguerē, potissime cū crass̄a sit, inīo minori conactu ipsā ad publicos canales expelleret, quā ad porositates intimas mēbri. itē a venis, quibus cōmuniceret resūdet humor, multo maior est vicinitas ad vias expulsionis, quam ad aures pedes & similes sedes. Hec omnia mihi persuadent, non esse imbecilliores virtutem, que operatur per mutationem, nec tante renitentie esse talē hūo rem. Item ad principale dubito, & me conuerto, qualr morbus sic lōgus, pēdensq; aliqñ a materia multa, cessat, adeo exigua mole humoris expulsa, q̄ vnicō apostemate visitur. nam assellare forsam decies nō sufficeret. & huic proximo dubio satissfaciēdo dico, q̄ morbi diutini, si paroxismales sint possunt insuis paroxismis, paulatine consumere antecedētem materiā, & fex illius humoris est, que demū permittatur, que apostemata cretica, vt experientia cognouimus, saltim i materia frigidis, sūt notabilis magnitudinis. Aliis vero morbis sufficiet, ad paucificādū eam causā morbi, resolōnes aliquot, aut paulatine vacuatōnes, q̄ tñ trūcate fuere, sic colligit de tertiana .c. 16. i. scđa. 4. & iā vidimus tertianā p̄ solam scisuram labiorū cesasse. ppter rationes vero alias soluēdas, h̄ ducē non habeam, dico. Virtutes n̄les cum sumūt conactū fortis operari. Ex Gal. cotō pulsū. & qz ex calidis materiais, maiorē suscipiūt irritationē, inde extra totū corpus p̄pellūt. & iuuor ad hoc bono verbo A ui. secunda. 4. in cap. 12. cum ait. ad crīsim permutationis non sit virtus fortis valde vehementis importunitatis. Nota verbum importunitatis, q̄lī prorritata virt⁹ intētet vacuationē. ita lapidē mediocrē p̄iicimus lōgius q̄ festucā. & cū hoc, si virtus ē fortior, tūc expulsio est manitestior extra totum corpus. Et ita crederem propinquitatē ad loca expulsionis, aut permutationis: aliquam esse causā, quia sic posset paulatine per fluxum vri ne consumi. vt. 4. apho. & infra p̄tractabitur. finalr dico eē rem nō oīo scitā, quare nā facit abcessū in fundo, & p̄ intestina eundē humorē nō expellit, nā morbus eē diuturnū, clare fūdari in debilitate virtutis, aut crascie humoris, nullus

nullus dubitat, sed q̄ postremo eam fecem̄ coctā, potius ad potositates mē  
bri, q̄ ad viam aliquam patulam̄ vacuatiois difundat, non video plane cā;  
excito te ad maiora. Virtus ergo ista q̄ permutationē facit, truncata est, res-  
pectu precedentis, q̄ vacuatione iudicat, sed respectu morbi, fortis dicitur,  
alias non securaret a recidivatione. Quod tñ falsum ē. imo priō de creticis,  
morbus qui vacuatione aut abscessu non iudicatur, obnoxius est recidiua-  
tioni. Que autem erunt signa ostendentia, permutationē istā esse ad infe-  
riores sedes. 3. de crisi in calce. & scđa. 4. cap. 17. &c. 14. & inferius ex pposito ad  
ista reuertemus, vbi disputabitur, qualis erit in columior permutatio & alia  
quare &c.

**C**Si pingue desuper natans araneorum speciem refferat: dānandū est.  
Indicat enim comsumptionem. SAL.

Quale pinguioribus iusculis refrigerentibus supernatat, vocata a multis  
Vetula, tale in vrina ex consūptione exīlit, de q̄ ipse disputās cām adiecit.

### GLOSA.

**R**ationabilius forsam hunc textū supra posuisse, cum de sedimine pre-  
ter n̄l fuit locutus, cum aranee tela pinguis, illius sedimis sūt species,  
nec minus, textū lequens poterat esse cōtinuus. illi superiori, nubecula q̄  
ihuehitur, sed de cōtinuatiōe nō est vis. Intentio ergo Hip. i presentiarum,  
est, damnare eam pinguedinem, q̄ natat sup vrinā, q̄ a talis dissolutionē & pi-  
nguedinis liquefactionē significat. q̄ pars cū aerea sit, supnatat vrine. vt i ius-  
cu. is pinguiibus apparent, potissime. cum frigescunt. & nota vt bene Gal. 3. de  
morbis vulgaribus in fine, q̄ est dare vrinā oleagineā, aut q̄ pinguedinē fe-  
rat. aut q̄ coloris sit ipsius olei. in presenti vero de pingui est sermo. ita ipse  
eo loco. ipse vero. s. Hip. in presagiis dixit pinguitudines, q̄ vero instar olei  
est in colore, variis coloris visitur, sicut oleū & cruditatē & longum morbum si-  
gnificat. Incipiamus ergo pro bonitate expōnis. falsā quandā expōne abice-  
re; vt veritas melius inscratur. vt A ris. libro elenchorū docet. Est igit̄ colli-  
gere, ex verbo istius textus. super natans. q̄ & si pinguedo in vrina ex reni-  
bus possit decidi, videndum. 7. aphoris. textu. s. istā istius textus de renū  
pinguedine non intelligi. nam Hip. ibidē ait. quibus insidens ac pingue si-  
mul totum his renū vitium acutum significatur. que verba sonant, vt in  
alia litera. verbum conglobata hoc est colecta & vñita. & ratio fauct illi ver-  
bo, quia descisa a proxima sede, sub maiori mole discernitur, supra fuit tan-  
tum. & inde potest bona pars in vrina vñita videri. Cum igit̄ verbum su-  
per natans, pugnet verbo insidens & simul totum. non potest de dissolutiōe  
a renibus, talis pinguitudo intelligi. Quod tñ falsum, alias frusta statim ia-  
ferius, caueret a vitio renū. Quod tñ necessarium nō esset, si huiusmodi  
pinguitudo, renū affectui non conueniret. Item si Gal. credimus, ea anti-  
quorū expositio, ad verbum insidens, & simul totum, violenta est. imo ver-  
zullus bū

bum simul totum. idem sonat, q̄ subito. quod tamen notum fiet: cum doctrinam hisac in hac materia introducemos. Habet enim in quodam capi. de coloribus vrine, significantibus corporis dissolutionem: & talis est vrina pinguis. (et licet pinguedo cōtentū sit in vrina, in capite de coloribus determinauit de ea, quia vrine colorem variare potest.) & forsam timeo hisac: q̄ non vidit eum textum Gal. citatum in hac lectione in. 3. de morbis vulgaribus. Quicquid sit, cum talis araneorū tela, pinguedinē & a toto corpore.) & arenibus dissolui p̄tēdat: necessum est aliquot indicia addere. Ut vidēs non decipiat, sed inter vtrūq; discernat. Et primo dicere: presentiā febris distinguere, nihil valet, quia quod volo est, in morbis acutis, ubi febris semper est, visa ea tela: an calor duntaxat liquefecit eā arenibus, an a toto. Sit ergo, q̄ maior macrefacio cōmittatur, cū dissoluta, a toto corproe. Itē q̄ si arenibustantum, coctio ipsa est manifestior, & color vrine minus vitiatus. propria autem diff. est, hanc telam in passionibus renuum, subito apparere, hoc est sine mora, vrina exeunte, a corpore. Quod pro verissimo sensu. ad verbum Hip. habet Gal. dicto cot. & ratio illius est, q̄ cū possit decidi arenib⁹, sub maiori mole, & a viis p̄pinquissimis, statim natat scdm sui natu ram. Nec eget expoliari ab aliis partibus vrine, quibus cōmixta valde est, que a longe venit paulatine. vnde eam que a toto, esse cōmixtam vrine, & que arenibus insidere, & simul totam videri. Sic intelligo, q̄ insidet, & subito petit locum superiorem vrine. Et ita que a toto, forsam nō apparebit sursum, nisi post tempus. Sic q̄ forsam in matutina, que notabili tempore quiescit. Que vero a renibus, quotiēs mingitur, videbitur pinguis in parte superiori. Que omnia pulchre diff. hisac loco dicto. Que dissolutio, magnā penes corporū promptitudinem patit diff. iusta ea, que dicta sunt a Gal. 10. de morbis currādis. Quid autē possimus pronosticari, p̄ talē telam araneorum, dico quod in principio morbi, est multo peioris indicii. In. 2. 4. cap. 89. quia maioris impetus causam protēdit. Et ibi vide, qualiter aliquā do permixtionem rationis significet. Ob quod verbum Hip. nephreticā in textu citato. Quippiam per verbum phrenetica legūt. Et si inuito Gal. habes ibi qualiter appetēs in. 4. mortem promittat in. 6. & qualiter visa post vrinam nigram, est significatio bona. Autoritate rūfi sapientis. Et qualiter licet sit mala, si ei assidentur alie bone significationes, non est timendū. Cum em pinguedo nō sit membrum, & sepe adibeamus regimē pinguis bus, vt macrescant. Non est tanti ponderis hec dissolutio. Et verū fateor, & oculati sunt alii testes, q̄ in nobili moniali, vidi cū febre innumerabilem pinguedinem oībus diebus dissolui, & a principio morbi, & cum fedo colore vrine, euasit tamen in columis, morbus tñ fuit prolixus. Etiā in iudicatione morbi, passa est terribile simptoma. quare &c.

**Q** Cōsiderāda

**C**onsideranda in vrina nubecula est: utrum sursum fuerit: an deorsum: et item color quem obtinet. Si enim deorsum feratur cum colore qui dictus est bona commendanda est. Si seorsum cum colore qui dictus est mala: dannanda est.

**SAL.**

**Q**uod a me libro de iudicatione sublimetu est appellatum, id solere Hippocratem nominare nubeculam hac quoque dictione non obscure signauit. Sed aliubi ipse sublimamentum geniture simile dixit, ita ut e duobus alterum sit, ut aut generalioris rei nomine existat sublimamentum sectione habetis in nubeculam & id quod geniture simile est, aut nunquam nubecula ab eo sublimamentum nominatur. Ceterum ut quicquid inuehitur in vrina utile sit, & quanto subficit deorsum, tanto melius habeatur, antea diffinitum iam potestia est, ubi dimicunt tali interdum spiritum permisceri flatuosum. Quod igit exquisite coctum secretum est, quale ac similitate ut pote nullum habens flatuum, in fundum descendit vasis vrinam continentis. Quod vero permixtum est aereo quodam & vaporoso flatu id subductum ab eo quod proportionale sit quantitatibus subducentis, minusque & magis sursum fertur.

**G L O S A.**

Satis turbatus est hic termo autoris, potissime cum Gal. in cot. de situ du-  
taxat nubecule loquatur, de colore silens. Redditur etiam obscurus textus  
iste, nam facta mentione de multiplici colore, additum cum colore qui dictus est,  
bona, cum colore qui dictus est mala, non expresso colore, de quo intendit.  
Oportet ergo credere, ut supra communimus, hanc literam situandam, post illum  
textum supra. Nubecula que inuehitur in vrina, ubi de duabus fuit locutus,  
alba & nigra, ubi nihil de situ nubecularum pronuntiavit, nunc vero in presentia  
completum, quid de situ earum nubium concipiatur. Nam tu posses damnare, aut  
comedere ex colore eas nubeculas, si igitur comedas mihi nubeculam petere  
deorsum, nigra talis, vituperabilis est. Igitur situs eget colore. Si comen-  
das albam ex colore, si sursum residet, vituperabilis est, igitur color eget situm.  
Igitur ex ambobus textibus unum fac. Apperiamus ergo autoris mentem.  
Primo ex parte situs, in quo his fac pulchre in hoc proposito, de generatione  
nubecule. Cum enim natura humores concoquens incipit facere sequesta-  
tionem, in primis dissoluens, mouet suam ventositatem, que agitata locum suum  
priorum petit. Qui locus sibi est naturalis. Et sui ascensu humiditate turbat  
in crassando ipsam, ac terrestre secum ducens, virtute sui motus nebulam ipsam  
causat, que primum locum tenet vrine, & initium significat coctionis. Sequitur  
deinde sententia ipsius autoris. Cum coctionem mediat, spiritum subtiliat  
flatuosum, & virtus sui motus deficit, deinde humor attenuat, crassiciasque  
admittit, parsque terrestris iam soluta in locum naturalem ipsius incipit descendere,  
ac vrina media suspeditur. Hec his fac idem fere Gal. in cot. & ideo su-  
pra de mete Aui. quod fimbrie hipostasis proruppebant deorsum, bonum. Sed  
procedendo ulterius ad sententiā textus. Dubitamus, si enim que seorsum  
tendit, cum colore qui dictus est, est mala, si enim albam deorsum tendetem co-  
medauit,

mendauit, non ideo nigrum sursum existentem, merito adeo vituperavit? Non enim que deorsum tendit nigra, peior est seorsum tendente? Primum ergo quod sentit, est solum loqui de nubecula alba, & ideo bis repetit colorem, quod non toleraretur, nisi de eodem intelligeret. Ergo talis alba si deorsum petat bona. Nam sursum existens, cum copiam spiritus fluctuof consentiat, rubee nubecule posponitur. per ea que ex A ui. supra dicta sunt. Possitque etiam de utroque colore intelligere, ita quod nubeculam commendandam, apreciet ex duobus, ex colore, & situ, deinde damnat vituperandam, tum ex situ, & si alba sit, tum ex colore si nigra. Quod litera antiqua clarius in calce textus. in verbo. Suprema vero & nigra vituperabilis. nullam autem faciens copulationem nubecule nigre, simul cum situ, nam sic ut obiecimus, minus eam damnasset, collatione ad nigrum deorsum tendentem. Per ea que supra ex Gal. diximus. & huic. i. sensui magis adheremus. quare &c.

**C**He te fallat si ipsa vesica egrotans aliqua talem reddiderit vrinā. Nō enim totius sed ipsius per se vesice inditum est.

### COMMENTVM GALENI.

Optime id adscripsit reuocans in mutum, quod nos interdum omisimus, diffinire in egris. Atque oportet in ventris deiectione reponere in animum nunc proditā diffinitionem etenim promiscuum est utriusque secretioni, totius corporis recipere excrements, atque etiam illarū partium per quas excernuntur. At vero per naturam habentibus nobis excrements totius corporis repurgatur per vrinam, ea vero que in ventrem condita sunt pariter cum stercore excernuntur, preter naturam vero habentibus cum vrina pariter quedam morborum in renibus ac vesica inditia excernuntur. Cum stercore vero corporis totius, itaque non raro per vrinam purulentam, questio extitit unde nā veniet pus. Itidē ubi squamule excernuntur ea ipsa questio est, & item aspera, fetida ac biliosa sepe redditur vrina propter vesicam & renes omne animal expurgatur, aut partium aliquarum in eo excrements quidam incidentia venis purgato sanguine de rebus excernuntur, quemadmodum abscessus quoque consistentes se penumero per vrinam excernuntur.

### G L O S A.

Possemus ut supra tetigi, istum canonem ordinare immediate post illum, ubi de nebula pingui fuit locutus. Que aranorum tela, ut ibi inuisimus, & rerum vicio, ac totius corporis poterat apparere, hic docet cāuere ne alienum. Iudicetur quod proprium est. quia tamen de vesica magis facit mentionem, ideo generalior est doctrina Hip. & satis utilis. Nec altera

Q ii huic

huic loco congruentior, supra enim pluriū sedimentorū preter naturalium meminimus, que oīa vitio renū & vesice apparere possunt. Sicut Hip. in quarta aphoris. a canone. 75. qui incipit. Qui sanguinē aut pus mingūt, vñq; ad textum. 21. qui incipit eodē modo. & si in eo de squamulis metio fiat. cū igitur non sit sedimentū aliquod preter naturale, & multo plura eis que dicta sunt, quod vitio renū, aut vesice, aut mēbrorum interiacētum etiā nō appareat, quid vtilius in calce huius tractatus, quā monere ipsum medicū, ne decipiatur in tali iuditio. Nam & si ex plurimis affectibus renū & vesice, talibus sedimentis significatis, mors possit succedere, longe tamē ab ea celeritate, qua acutos pacientes rapiuntur, si ad talia peruerenter sedimēta. Ex quo, primum quod est notandum, non solum per vēsicam, tale mēbrum dūntaxat intelligendum, verum renes & canales medios. sic Gale. primo de crisi vbi pertractat hanc mareriam. sic in presenti cōmento. Signa ergo qui bus hic error potest caueri, sumuntur ex Gal. primo de locis affectis. scilicet contemplari, si in talibus regiōibus sit dolor, tumor ve, aut actio talium impedita. nam si aliquid eorum habeant, ipsis īputandum est, & non aliis sedibus. De conditione autem exeuntium non loquor, nam super hoc est questio. Si enim in se haberent notabilem discepantiam, puta īter furfuracea sedimenta que ex iis mēbris, aut aliis decidūtur, tunc nō esset puidere errori. Gal. autē in litera huius cōmenti antiqua, & noua, differenter videtur se habere. Nā presupposito, q̄ intestina ac ista vasa sint deputata euacuationi, dicit conuenire ambo, q̄ per ea organa, totius corporis superfluitates possint deponi. Quod planū ēst. tertio de facultatibus nōlibus. & vtiliter morbi comunes & particulares iudicantur succedente vacuatione per talia organa ita anuit, esse canales & expulsoria organa priuatis superfluitatibuseorum paria, intestina fecibus, & ista. vrine. addit modo, vbi est diff. at vere per naturam habentibus nobis, excrementa totius corporis expurgantur per vrinam. Antiqua dicit, ipsis organis in hac dispositiōe naturali, solum euacuari superflua sua. Additq; in noua litera. si talia vero sunt preter naturā, cum vrina pariter, quedā morborum in renibus & vesica inditia excernuntur, cū stercore vero corporis totius. Primo dices, si sunt ista organa in dispositiōe sana; qualiter sunt apta expurgationi superfluitatum totius corporis? nā in corpore sano nō sunt superfluitates. Dic q̄ cum de dispōne sana, aut preter naturā loquitur. Ad cōditionē ipsorum organorum est attribuendum. sic q̄ in dispositione nōli, hoc est ipsis existentibus absq; apāte, vlcere, & similibus. solum superfluitates possunt expurgari, que aliunde veniant, absq; eo q̄ tales superfluitates, aliquot inditia representent, attinētia ipsis organis. Cum vero ipsa priuatim affecta sint, cum tunc illud superfluum expulsum, & a toto corpore possit emanere, & proprio vitio confluere, est tunc dubiū, quod inuitat ad discernendum, si sit a toto, an a renibus seu vesica. sed litera antequior

quiōr est clarior, vt scilicet in dispositione sana, ista organa sint solū suis excrementis quotidianis onoxia, sed in dispositione preter naturali. sub eisdē excrementis consuetis, euacuatur aliquid, quod in ipsi segritudinem esse, manifestet. Quod cum in tali dispositione scilicet morbida, ab aliis etiā locis emanare possit, exoritur questio vnde. vt verbi causa viso pure in vrina, petro egrotante, cum tale puse ex apostemate rupto in illis sedibus, & superioribus possit precedere, dignum est scire vnde pfluit sicut i pluribus exēplis Gal. in cōmento. quare &c.

## De vomitione.

caput. vii.



Omitio utilissima est: si pituita ac bile permixta quam maxime est: si non multa; non crassa est. Sinceror enim deterior est. GAL. PER HANC quoq; dictionē indicauit, quid nā appellat sincerum opponens illi permixtum, quanvis etiā nō mē ipsum nihilominus suam indicet significationē, etenī vinum dicimus sincerum, quo cum aqua permixta nō est, aut perq; exigua permixta est, nec non quodlibet aliud nominatur sincerum, quotiens ipsum per se tantūmodo impermixtum aliena materia est. Itaq; flauam bilem intueri licet, inter dum crassam ac summe flauam vomitione reiectam, & item deorsum deiectam: quam sane nōnulli nominant vitellinam, sepe vero humidiorē ac minus flauam, que magis proprie crocea nominatur permixtum habens in se tota pituitosum humorem tenuem, aut aquosum quoddā excremētum. Vult igitur Hippocrates neutrum humorē sincerum apparere, sed eos inter se quoddammodo permisceri. Biliosus enim sincerus caloris copiam pituitosus indicat frigus. Quinetiam sincerus humor crassior redditur: pituitosus quidem propter frigiditatem quasi concretus, biliosus vero propter exuperantiam calorise uaporatus, tanq; assatus. He enim due cause contrarie crassitudinis sunt calidum admodum ac frigidum. Calidum enī euaporet, frigidum adstringit.

## GLOSA.

Complecto tractatu de vrinis & deiectionibus, ad inditia que ex vomitu sumuntur, se trāffert. Nam & si ventriculus attractioni deputatus sit, sepe natura ea via, nocuum humorē expellit, siue sit superfluitas ipsi coctōni, vt pituita, siue aliunde redundant. humores nāq; nō naturales etiam hoc vase procreari possunt, quicquid dicat A uerois. De vomitu ergo multipli ci, qui videri poterit, ille utilissimum est, si ex pituita & bile mixtus sit, quia licet humores in nobis. quatuor sint, raro sanguis vomitu expellitur, itē. & melancolia sui grauitate, non valde prona est ad hoc, & si lieni afini sit, cole ra autem, aut sui leuitate, aut propinquitate iecinoris & felis, aut attracta stomachi inanitione, inuentaq; pituita in eo vase, ob quod ipsius lacuna aquibusdam appellatur, accidit hos humores facile misceri: humiditare pituite.

Q iii Qua

Quia facile pactitur, & calore bilis quo permeat. Et sic etiam ob id in febribus, eos duos humores coire facile videmus, saltim secundum vicinitatem. Hanc igitur miscellam cōmendauit, potissime si vomitus non fuerit multus. materiam nāq; diuersam multam supra taxauimus. Item si crassa non sit ea vomitio, nāq; tunc tenacitas ipsius humoris, aut victoria caloris, aut frigoris, quo sic crassessit, apparet. & ideo addit in calce textus, sincerior. enī deterior est, quia talis qualitat iseminet victoria. Sed omnia ista clariora fi ent statim. Incipientes igitur a litere expositione, dicim⁹ vomitum esse quē dam ventriculi motum, per quem aliquid corpulentum per viam oris expellitur. vt hoc differat a nausea, & suuersione. & erutatione. Estq; mot⁹ ille contrarius appetitui, & quia & si virtus inclinet, ipse fundus ventriculi sursum fertur, contra ipsius inclinationem, ideo suo modo, motus, contra natu ram dicitur. Videndū prima aphorismo. Notandum deinde, vomitum aliquem dici vtilem, q; aliquem liberet ab aliquo dolore & passione, & sic ille pure virginis iuueni, in quinta aphorismo. cōmento primo, vtilis dici possit alio modo. respectu aliarum vomitionum, q; significet humores qui corpori dominantur, sub mitioribus qualitatibus esse, & sic proprie intelligitur in presenti. Sed optantibus materia huius textus apperire magis, statim se offert dubitandū. In iuste hanc vomitionem adeo cōmendari, quādoquidem humores diuersos ostendat. Que ethereogena materia, quanto ponderi sit virtuti, supra cōmonuimus. item tota huius textus ratio, extat, in dando humorem purum, ideo vomitio sincera blasphematur. Sed ex Auice na in prima quarti. in tractatu secundo. capitu. quarto. Dicitur de tertiana pura, q; salutifera sit, eo q; a pura colera pendeat. Marsilius ibi dicit. Humorem purū bifariam dici, aut priuatione mixtionis, aut excellentia & puritate qualitatis. Vti vinum potētissimū purū dicimus hoc secūdo modo, aliud vero non sic potens, non dilutū tamen, etiam purū dicimus primo modo. Gal. vero de vino exempla possuit, qui ita intelligendus est. Nā purum prima fronte intelligitur. i. non permixtū. quia verbū permixtū in textu est positū, cui opposuit sincerū. & cū ista explicatio sit priuatiua, addit, q; hoc nomen sincerū, etiam dicit aliquid positiuum. scilicet aliquid habens puras & vincentē qualitatē. Vti si vinū gustes purissimū, aut adeo exigua aqua dilutū, vt cōmertiū aque, puritatem qualitatis non obscuret. sicut comuni ter dicimus ministrati vinū potentissimū, etiam dilutū tantilū sit, quid mihi offers, vinum meracissimum? Et constat, hec ambo exempla Galeni explicare. significationem sinceri a victoria qualitatis, & positiuam. Nos vero. duplē explicationem, alterā priuatione mixtionis. Vti in vino quo cunq; non diluto, alteram a puritate qualitatis. Que puritas qualitatis apud Galenum, non excludit omnem mixtionem, dūmodo, qualitas valde non temperetur. Vnde Galenus statim in verbis sequentibus, alteram acceptationem

tionem puri addit, cum dicat. Nec non quodlibet aliud nominatur sincerum, quotiens ipsum per se tantummodo impermixtum aliena materia est. Et constat, non esse ampliare priorem aceptionem, quia vinum tantulum dilutum non est impermixtum, nisi ea que sensum fugiunt, vellis ac re ita sint. Dicit ergo Marsilius quod colera pura, a priuatione mixtionis, aliquando est pura a sinceritate qualitatis, ut colera zinaria aut assata Galeni scilicet vitelina. Aliquando absque ea excellentia qualitatis, est priuata miscella, sicut esset colera naturalis. Et talis per se leuior est super naturam, ob subtilitatem substantie, quam mixta pituite. Puritatem autem hic reprobatam, & nature infestam, dicit, esse illam, que talis est ob excellentiam qualitatis. Et sic tenendum est purum a puritate qualitatis, etiam pro maiori parte esse impermixtum, quia se per ex mixcella temperatur superbia qualitatis, & sic permixtum, est etiam in purum utroque modo, quam solutionem ad sententiam Avi. Sentit gentilis eo loco. & certe mirum est, quam acriter ibi, ab uerone Marsilius dilanietur, habens proximo. Gale de' puro priuatione mixtionis eo commento etiam fuisse locutum, cu[m] credat. Marsiliu[m] duntaxat sen[i] Te, quod hoc coto fiat mentio de puro a victoria qualitatis. nec colera naturalis, quod sic pura Marsilius vocat, talis est. vg. dicit imo aliquid pituitosi humoris. aut aquosum excrementi comerti habet. Solu ergo colera pura quod a puritate qualitatis potest intelligi, secundum Marsiliu[m]. talis non est leuis super naturam. vt ex dictis Gal. eodem coto & .46. Prior se fallit Vgo. in eo quod dicit. In eo commento non fieri mentione de sincero priuatione mixtionis, secundum Marsiliu[m], imo ab illo narratio incipit, & de tali sincere generalizat intentione, comodo ergo illud negabitur: & de hoc infra statim. Ita colera genita in state, & regimine calido, & reliquis circumstantiis. vt tertiana generetur, talis non dicetur sincera puritate qualitatis, vt Vgo. quod vitellina ac eruginosa proprius tales non dicantur, & illa prima rationabilius talis, priuatione comerti extranei humoris. Quod vero introducit ex Gal. scilicet colera, aut citerinam, fm literam antiq[ua], aut croceam fm nouam, scilicet minima flum ipsa vitellina. Gal. que per asationem fit. & talem comertio pituite aut aquosum excrementi. Et sic contra Marsilium, non dari puram priuatione mixtionis, hoc est precipuum fundamentum contra ueronem. quod dabatur aliqua colera naturalis puritate priuante mixtionem, & si de frequentiori eventu talis, mixta pituite inueniatur. Ob quod tertiana notha comuniter visitatur in pratica, & tertiana pura, & cum hoc causon a colera vitellina Gale. & inde febris azinaria & prasina. si ab eis dari potest. Ad comprehendendum ergo absentiam purorum humorum, scilicet colere crassissime, & pituite, que exuperantia qualitatum oppositarum fiunt, & cum tali victoria, nature infestissima erunt, introduxit. quod sit videre in pratica sepe, coleram comertio pituite, & pituitam comertio colere, a quibus per continuam asationem ad vitellinam assa, & reliquias puriores potest fieri trascitus, se per magis consupta;

humiditate, tam acquisitia quam naturali. cum omnes humores fluxibles sint, & id humore actuali est necessum esse. Vocaret ergo vgo coleram puram, leue super naturam, simili, que naturalis est, que licet mixta sit humoris aquoso, non est valde exicata, nec infesta, vti affata exicatione talis humiditatis, marsilius vero pura, scilicet naturalē priuatione pituite, aut melancolie impedientis resolutionē, & narure leuem, ob celerem resolutionē. Nec talem puritatē damnat Gal. in cōt. possent concordari hi doctores, penes maiorem, aut minorē miscellam illius pituitosi excrementi vt habens aliquam miscellā, pura dici possit, vt vinum exigua aqua dilutū. & sic non amittit nomen naturalis colere. Secus si copiā pituitosi humoris acumulasset, nam tunc grauis nature, & fundamentum esset ad prolixos morbos. sed si resolutorie queris ab Vgone, quomodo tertiana pura dicitur salutifera, eo q̄ colera est leuis super naturam. ipse comparat hanc tertianam, ad alios pendentes a colera preter naturali per adustionē, aut naturalis colere, aut aliorū humorum. que colere crasiores sunt in substātia, & inde difficilis resolutionis, accerrime aut in qualitatibus, & inde infestissime nature. qui doctor nō cōsentit. aliquam coleram puram priuatione mixtionis, que tali priuatione dicatur leuis nature, solum priuatione excelentie qualitatum. Sed in veritate ego non video, quid respōdere possit, secundū cōemvsum nostre schole. de tertiana pura que fit putredine colere naturalis, colacione ad notham tertianā, que ex vitellina arabi, aut citrina fit cōmertio tenuoris, aut crasioris pituite. Non enim tenetur dicere puram esse breuiorem, necessario sic. tunc fiat argumentū quod fit autoritate Gal. in hoc cōt. qui & infra. cōt. illius (viride) detestatur valde colerā purā. Quid respōdebit? nisi cum marsilio, solū puram a puritate qualitatis reprobam esse, secus priuatione mixtionis humorum grauium, cohibentiū resolutiones. Ob quod modus marsiliī planior est pro hac schola. imponitq; etiā in reprobatione marsilio, ipsum negasse purum priuatione mixtionis, esse huius cōti. cum Gal. de illo publicā mētione faciat. Damus illud vgōni clare, nec est aliud fundamentum marsiliī. Marsilius enim ad suum propositum non conduit, nisi q̄ colera pura, a puritate qualitatis sit intellecta a Gal. vt reprobatur. Non tamen ideo negabit, quod est suū fundamētum similiter dari purum priuatione mixtionis & nō semper cū victoria qualitatis. Sed tu statim cum vgōne, Gal. non consentit in colera, illam acceptiōnem puri, cum infra cōt. allega. viride spumosum, dicat coleram naturalē animisſe serofam humiditatē, cum viridis fit, aut alio modo adducitur. Dic, q̄ iam fassim sumus coleram habere humorem actualem, & de hoc intelligere. & simul de aliqua miscella pituitosi humoris, que nō aufert talem puritatem, respectu illius que in tertianis nothis visitur. Quod si vltierius ad sententiā textus illucidādam dubites, ergo talis vomitio mixta non est commendanda,

da, quandoquidem morbum difficilis resolutionis protendit. Respondeo q̄ ratio morbi salubris non consistit, in breui aut prolixa terminatione, & si de per accidēs inde conditionē possit variare ex mixta ergo vomitione, colligo, non dominari nature, aliquem humorem superbissimi effectus. quia ex miscella temperātur per viam cause, & id significatur dacto, q̄ talis morbus posset esse prolixior ex tali miscella, quā si a puro humore posset procedere. Saltim a colera naturali. & hic solum de signis agimus tūtō rībus, aut minustutis. Aliqua addit thadeus in p̄senti, de triplici mixtione colere viteline, & citrine, & p̄ vicinitatē, more nīre schole. & q̄lis debet esse vomit⁹ color. q̄ exigue frugis sunt, & parū cōsona litere cōti. noue. q̄re &c. ¶ Sivero vomitio fuerit porracea: aut liuida: aut nigra: quicunq; ex his fuerit color malum esse censendum est.

S A L.

De liuido ac nigro colore supra diffinitū iam est. Porracei vero nūc pri-  
mū habuit mētionē, nō habētis quidē p̄priū nomē, sed virētis porri appellatiōe, nisi aliq; velit ecōtrario a colore porraceo dictū eē porrū, nō a porro porraceū. In quibusdā enim clara est deductio vocabulorū, ut cognoscat id qđ a grāmaticis prototypum noiatur, & qđ ab eo deductū est. Quēadmo-  
dum de lacteo colore, in aliis vero haud quaq; clara est. Dicas em̄ licebit nō  
a phenicē (talise est fructus palme arboris) pheniceū, sed esse a pheniceo phe-  
nica dictū. Quemadmodū chranon (talise est aqua maris) nō a ceruleo ma-  
gis quā ceruleū ab eo. Itidē ochra & ochron id est croceus color in eandē se-  
riem reponuntur, ac rhā vero dixi nō vltima acuta, quo pacto aliquis dicet  
ochron id est croceū adolescentē & ochrā id est chroceā seu pallidā mulierē,  
sed penultima acuta. Ochra enim genus quoddā terre est cuius potissimū.  
At tica probatissima est. Hec igitur nūc semel sint a me prescripta, assidue  
enim in animo habeas oportet studendū esse noībus tantū quantū ad illu-  
striorē significationē eorū que dicimus ex illis iuuari possis reliquū vero  
tēpus superiuacuū existimabis ad studiū rerū meliorē reponens. At vero gi-  
gnitur in corpore quemadmodū crocea bilis per naturā habētibus ita por-  
raca altera preter naturā, constatq; vt hec se penumero in vētriculo gigna-  
tur ppter quorundā cruditatē esculētorū aut olerū, qualia, beta, cepabras-  
sica sunt, atq; etiā interdū talibus nequaquā ingestis ratione egrotationis in  
venis gignitur ac decumbit, aut in ventrē superiorē, aut inferiorem calorē  
in corpore indicās preter naturā atq; excremēti proprietatē talis tempera-  
mento qualis predictorū olerum succus est.

G L O S A.

Post vomitū magisvtilē iā p̄positū & enucleatū, loc⁹ est vituperādi alias  
vomicioes puras, malasq; materias corpori dñare indicātes. & sub triplici  
colore introducit, scil; porraceo seu viridi, liuido, ac nigro. cōtētus est Gal.  
dūtaxat de porraceo p̄sequi, quia tractatu de deiectionib⁹ & vrinis visum  
fuit, quāta sit malicia in colore nigro aut liuido. Quia tñ de vomitu nigro  
mentio

mentio publica in textu sit, aliquid utile de eo introducamus. Et in primis q̄ vomitio nigra non sit multum mala, cum Aui. 13. tert. cap. de vomitu dicat ipsam minus malā vomitione sanguinea. que tamen aliquādo utilis est. Notandū vomitum nigrū aut ad obscuritatem inclinari, & sit cōiter a melancolia naturali, quā sanguinis fecem appellam⁹, seu a sanguine tātisper cōgelato. estq; alter lucidior, qui sit ex adustiōe melācolie naturalis, aut colere. si contēplaris carbones, eos lucidos videbis. qualiter aut hāc preter naturalē melancoliā, feci vini cōparamus, cum naturali, id sit propriū, quia sex sanguinis est. In alio loco dicet⁹. sat est q̄ colore, feci vini similatur ipsa preter naturalis, residentia vero, ipsa naturalis, ei magis p̄pinquat. Nūc dī co vomitionem nigrā vergentem ad luciditatē, maxime damnari, primam vero non sic. Immo forsam nitior est sanguinea. saltim collatione ad mēbra vnde prodeunt, nā lien est basis vomitionis fecalis, iecur sanguine, scis autem quā disparis dignitatis sint. & alias solutiōes habet ille textus Aui. quas per te vide. De porraceo vero notandū est. ex sentētia Aui. & aliorū. q̄ si viriditas ad obscurū vergit, talē a frigido dominante induci, & ad lucidum peruenitur. Et tales apud eū autorem, indum azurinū vocari. si utq; talis simul cū porracea ex esu aliquorum olerū, que exuere natura minime valet suo colore. Ob quod non pudeat inrerrogare, si eorū esculentorū precessit usus. Sic enim nullius timoris erit vomitus talis. cū vero talis aut eru'ginosus, vitio interno appareat, tante nequitie sunt index, quāte colera prātina & eruginosa, quas ostēdit ea vomitio, & eruginosa magis. Vnde Aui. loco dicto. Damnatis indo & azurino. de porraceo & eo qui est vt flos eris subdit. q̄ sunt valde mali. Et cōiter in apostemate iecinoris visitur. & quāto initio morbi proximior, tanto nequior. quia incendiū immēsum protēdit, quo talis humor gignitur, aut de nouo, aut ex alio humore ad id promptifimo. Sed quo loco sic nequam humor procreetur, bonū est aperiamus. ex Gal. presenti cōt. V'entriculo & venis. & si in epate raro inueniatur, quin ex templo ad ventriculū expellatur, ob dignitatem mēbri. qualiter aut in ventriculo generetur, & si tūc equiuoce colera dicatur, & si inde auerois saluus maneat. 3. coliget, vide gentilem doc. de humoribus. 1. primi. quare &c.

**C**Si idem homo oēs vomit calores: exitiale admodū est. **G A L.**  
Siue de predictis coloribus porraceo, liuido, nigro, sit proditū verbum omnes, siue etiā de aliis cum ipsis quicunq; preter naturam habentur colores, utrouis modo exitiosissimum est, indicantibus in corpore multas haberi difficiles affectiones. **G L O S A.**

In illo laudabili vomitu supra cōmendato, sic erant illi humores commixti, q̄ forsam potius vnicum representaret colorem, quam varios. aut si plures, non sic viciosorū sucorū. vt inde timeret infirmo. Potissimē cum tali miscela se temperarent. Sed in presenti textu, cum immediate, vomitiones

tiones damnasset, nigram, porraceam, liuidam & simillia. Iure optimo magistimendum est, si vomitio omniū precedentium fuerit colorum. Cum materia diuersa significetur, & tāte nequitie, vt nulla pacificatio sit eorum comertio. Si ergo vni colori talium timebamus, quid si omnes concurrāt? Ergo siue simul euomat hos colores, aut successiue siue aliquos quoscūq; preter naturales, timendū est. ac plus mirandum naturam, ipsos pernecantes humores tolerasse, quam non succumbere statim, ipsis visis. Sed sane, natura dum potest, multa tolerat, sic q; venenum non infra illud ferarum, abscondat nebis sanis. 6. de locis affectis. Ergo si tales appareāt, nō poterit nisi monstruose a talibus cauere. unde quando gentilis. 13. cap. de vomitu. Distinxit de vomitu diuerso cretice, aut simpomatico expulso, vt saluus sit, nene. necessario aliuserit, a diuerso huius textus. Tantā enim nequitiam, durum esset ad diem creticam supportare. cuius indicium est. q; ab A ui. eo loco hic talis variis, censetur deterior nigrō. Et licet gentilis. duntaxat de nigro fecali(de quo nos supra) intelligat, ego crederē de nigro etiā pessimo. quia varius inimiscis naturā certare ostendit, & non inferioris malicie ad humorē nigrum. Et dacto q; fel nigrū, sursum aut deorsum exiēs, letale sit, saltim in initio. 4. apho. adhuc potest, incrementum esse malicie, in celeriori obitu. Ob qđ bene antiqua litera huius textus, nō solū predicit vomitionem variā, letalem, verū & infirmū esse morti cōtiguū, cum talia apparent. Relique aut̄ vomitiones etiā varie, que suspecte essent, credim⁹, sint indo & azurino colore, flavo, rubro, & similib⁹ stipate. quare &c.

**G**lomtio liuida si graue olet: ocyssimā indicat abolitionē. **GAL.** Talis enim vomitio putredinem indicat cum extinctione si que, supra dimicimus, in animum reuocentur.

**G L O S A.**

Aliquali consideratione eget hec litera, presertim noue traductionis, cum odorem summe fetidum, vomitioni liuide immiscuit. Nam si superius dicta in animū reuocamus, vt Gal. monet. Talis liuidus color frigiditudini consonus est, & caloris naturalis extinctioni. Que vero frigida, longinqua a fetore, priuata evaporatione. Ob qđ de vomitione viridi, vt antiqua litera aiebat, iustius est sentire, que calorē exuperātem indicabat. ubi putridus vapor & fetor facile concitabitur, nisi esset, q; pessime putredines sepe inneniuntur sub lento calore, vti de febribus pestilentialibus singulariter Gal. 9. de simplicibus cap. de terra samia in fine. aut dacto q; ab excessiuo colore initietur, per extinctionem nativi, colorem liuidū possunt representare. Etiam sit vestigium vtriusq;, simili preter naturalis fetore, naturalis extinti, liuore. Quid igitur ex tanta putredine, cum calore naturali sic exiguo, expectari poterit? Sane nihil, preter mortē. cum vix calor integer naturalis, tante non possit obsistere putrefactioni. idem de hoc vomitu Gal. 3. de morb. vulg. commentario. 2. in fine, quare &c.

**Omnis**

**C**Omnis subputris ac fetid<sup>9</sup> odor in oī vomitiōe malus est. **G A L.**

Constat enim ut quauis affectione permisceatur putredo ea ipsa dete-  
rior euadat. **G L O S A.**

Vomitus naturaliter non est obnoxius fetori, ideo si ipso omnino pri-  
uetur, non est taxandus. Sicut deiectio aut vrina, semper tamen vitupe-  
randum, si putrido odori vonitio iungatur, quia vestigium putredinis ostenditur. Quia tamē sub aliis coloribus aliuido, potest sentiri talis fetor, inde  
est q̄ temperauit sententiam per verbum malum. cum superiori textu. su-  
bitam mortem significare dixerit. Scisenim q̄ verbum malum, in signis  
malis primum gradum obtinet. 1. de crisi. Etiam locutus est per verbum  
malum, quia odor potest inesse parti, & nō toto & representare totā rem  
putridam. Si igitur ex colore, modo substantie, & aliis, vomitus non vi-  
tupereſ, sat est malo odore, malū significare, & si exitialis nō sit. quare &c.

De screatione,

caput. viii.

**C**reatio in omni dolore q̄ affligat circa pulmonē & costas  
cito prōpteq̄ screetur necesse est. **G A L.**

**V E R B U M** cito significat inter initia egrotationis  
prompte vero pro eo quod est facile ac propense dictū est,  
id vero significat cito ac sine dolore vacuari screationē. Fie-  
ri enim cito aliquid intelligimus bifariam, tum vt omnis principium mor-  
bi, tum etiam vt tempus adiunctum functioni significetur. Prompta  
enim screationis vacuatio id est propensa, ac facilis est, quotiens nec ve-  
hemens in thorace dolor infestet (hic enim interpellat fistiq̄ in medio  
prius q̄ absoluatur nascentem adhuc thoracis functionem) nec vires des-  
tit, he enim accumbunt in media functione, ita vt inchoatum in absolu-  
tumq̄ officium restet. Quinetiam ipsa screatione si vehementer fuerit glu-  
tinosa oblita tenacius membris excurrensq; se penumero subsistit fistulis  
agglutina pulmonis. Quomodo si fuerit admodum crassa difficulter ex-  
currit, ac longiore temporis tractu male affici cogit, atq; etiam stipitat in  
quibusdā itineribus angustiis & ob eam rē nonnullis singulari cōtingit.  
Ceterū eaipsa materia si admodū tenuis & aquosa est, vix sereat, vt q̄ circi-  
ter in pulmone circunfluat, hec em̄ prima causa vacuationis est, quā etiam  
continuam nominant. Duplex enim prima causa est (quemadmodum di-  
ctum est, dum ageretur de causis) tum materie vitium, tum etiam id quod  
initium habeat motionis. Itaq; motionis initium ex facultate mouente  
thoracem in tussientibus est. Id enim libro de causis accidentium defini-  
tum iam est. Violenta vero contractio eius facit vt spiritus feratur foras  
vehementer, huius vero vehementie refert secum materiam conditam in  
fistulis pulmonis, que quidem aspere arterie sunt. Quotiens ergo thorax  
valide suo fungatur officio & humor in fistulis pulmonis conditus mo-  
dice crassus sit, facile screatur. Si vero neutrum existat, difficile egeq;:

Quod

Quod si ex predictis causis altera sit, altera desit vacuatio, inter optimam ac deterrimam media accidet, & ut in totum dicatur prout magis ac minus cause intenduntur aut exsoluuntur eorum quidam facilius, quidam difficultius expiunt. Quid igitur sit prompte excreare perspicue pariter ac vere perpensum iam est. Si igitur id est verum, quemadmodum est, verum quoque erit ut cito excreetur. Non enim adiunctum ipsi tussedini tempus, sed primū morbi tempus significat, de quo per sententias dixit in morbo costali si screatio statim inter initia extitit breuem eritudinem fore ostendit, ut si quis de tempore functionis intelligat esse cito dictum, quod quidem docui in verbo prompte contineri peccabit bifariam principio ut tempus ab eo sit bis considerate proditum omittatur vim alioquin obtinens maximam. Ceterum ut non ob hec solum, sed etiam propter ea que sunt proxime dicenda. Ita intelligi conueniat dum eam ipsam enarrabimus distinctionem ostendetur.

## G L O S A.

Incauitate thoracis cum plurima sint membra, ipsumque cor apostemati non possit, sic ut ipsius procurationi intendat medicus, reliqua membra, apostema posse pati, non est qui ambigat. Ut pulmonem, costarum membranas, mediastinum, ac septum transuersum, que membra licet omnī apostemati sint obnoxia, pulmo calidis & frigidis promptus est, cetera promptius calidis. Videndum cōt. illius accidum eructantes, nec obstat membranas esse frigida membra, & sic ad frigidos morbos esse promptiora, illa enim configuratio potius compositioni ipsorum respondet, quam crassi. Quia enim sunt solide compaginis, non sinunt se penetrare, nisi a calidissimis, subtilissimisque humoribus. Magnaque habenda est solertia in cognoscendis talibus passionibus, ne differas ad cognoscendum. 6. apho. Notandumque vltterius, ut sumitur de mente Gal. in cōt. illius paroxismos & hic, & mille locis, q̄ ab omni apostemate iusta conditionem sue cutis emanat icor, seu erugo, hoc est pars aliqua subtilior illius humoris, quo apostema fit. quod non est exiguum fundamentum prohibendi frigidam, in apostematibus peculiarum, ac inspirationem summe frigidam. Quicquid sit de discrasia febrili. Quod igitur sic resudat, aut plus emanat tempore succedente, necessum est ipsum pulmonem, qui sui dilatatione partes pectoris consequitur, imbibere, sui raritate, ac tandem intra se recipere, & pertusim, per viam publicam aspere arterie expellere. Hoc enim membrum internam & externam cauitatem habet. 4. primi cap. 1. Hoc vero pertusim, cui ministrat aer egrediens & congregiens. Cum tusis, nihil aliud sit quam motus harū partiū a virtute factus, a re ledēte incoactus, ut ipsam expellat c. de morbo & symptomate. qđ igit̄ sensibile sic expellit, screat⁹ aut sputum dicit. Ex quo litera psens, ad dolores materiales apostemosos est referēda. Nam in passionibus absq; humore, aut citra has sedes. potesse tusis absq; screatu,

screatu. Idem in materialibus, si sit materia cruda. Ob quod videbis, quam intime Gal. 1. de crisi loquatur, cum signa pleuresis introduxit, de tuis inuit, statum dispositionis significare, cum sica aut humida est, non ipsam dispositionem, aut particulam affectam. Aui. autem prima. 4. inde signis febriū apostematum, tuū ipsam inter signa membra affecti posuit. In eo quod dixit autor, dolet circa pulmonem, datur intelligi, in presentiarum non intelligi ipsum pulmonem affectum esse. Quicquid sit de ancipiti iudicio auerois, circa dolorem ipsius. Nam refert multum dicere circa tale membrum aut in tali membro ex Gal. in. 4. a pho. cōt. 70. Nec ille considerationes facilis, aut difficilis expulsionis, ex fistulis pulmonis de quibus Gal. in cot. presenti cogunt nos sentire, pulmonem ipsum priuatim affectum. quia totum illud, ad humorē venientem aliunde, potest accomodari. Sentit ergo textus noster, necessum esse, pro predicenda incolumentate in his apostematibus, screatum ipsum subito prompte exire. Sed pro aperienda magis huius textus materia, vnum utile queramus, quare Hip. in principio tractatus vrinarum, ac dejectionum, vtriusq; laudabilem introduxit, quam in egris imitaremur. Tantum enim vicii signa habent, quantum a naturali conditione elongantur in materia autem ista screatus, non introduxit aliquem, quem imitaremur, aut in culis recessu, vituperium esset distantibus. Respondemus bifariam. Primo q; delectio & vrina in sanis habent certam formam, quam imitari in egris laudis est, non est autem in sanis horum membrorum destinata superfluitas, & si qua est, saliuia est, que adhuc opere lingue completur, quam salutiosam dispositionem, si superfluitates egrorum ex his membris exeentes, imitarentur, non laudi, sed vituperio esset, quia ex eo immature censerentur, aut melius. vt supra, laudabilius deiectio, & vrina introducta est in egris, que parum distabat ab illis, que perfecta valitudine videbantur. Et ita in presenti introducitur screatus ac textibus sequentibus, sub maxima vicinitate ad superfluitatem que in sanis corporibus ex his membris expellitur. ex aliquo superfluo debite passo in pulmone aut pectore, vt summo mane consuevere homines, aliquem expellere. tuis parua, ad quam etiam quādoq; voluntarie cōmoueuntur. Nam hoc verbū screatus, cū absolute profert, intelligitur de optime cōdicionato. Nam vbi est humoris alicuius victoria, non potest iuste screatus dici. Primo de crisi, sed sputum. vnde rectior noua litera. que per verbum screatus loquitur. Vnde Gal. eo loco. screatus vero cū est similis screatui sanorum exquisite, tunc predicta instrumenta anhelitus sunt sana. Quod totū refert ad dispositionē sanam. Ac si clarius dixisset, & egrotantibus, in his sedibus, est horum membrorū melior dispositio, cum screatus inde exiens, propinquat screatui sanorum. Puta qui albus sit & planus exacte. Ob quod Aui. de sputo pleureticorum, laudabile